

AR



- 144
1. Oēia Thearchiæ, Divinæ Providentiæ mira.
 2. de Fato flagelli Tūrcici.
 3. Collūvies Crackerorūm.
 4. de probatione Spiritūūm.
 5. Iconothetes Christianūs, contra Iconoclasten.
 6. Collatio Carthaginiensis.
 7. Sigalion in Cresiaden Hyperaspisten.
 8. Gallionismūs.
 9. Idea clavis ligantis.
 10. Memoria Thaumasiandri Lūtheri renovata.
 11. Ulrici Veleni, Petrūm Romam non venisse.
 12. Hyæna Fribūrgica D. Thomæ Henrici.
 13. Vale Triūmphale Melchiori Cornæo missūm.
 14. Polemosophia Victrix contra Walenbūrgios.
 15. Paradoꝝ Ciceronianorūm Analysis.

Lhd. 00
Ja

Q. D. B. V. 9

IDEAE CLAVIS
LIGANTIS
SECT. I.

Quam

DEO BENE JUVANTE.
PRÆSIDE

VIRO

PLURIMUM REVERENDO,
AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO,

DOMINO

JOHANNES CONRADO

DANNHAWERO, SS. THEOL. D.

& Profefs. in Illustr. Universit. Argentoratens. celebratissimo, Conventus Eccles. Præsides, Capit. Thom. Decano, & Academ. h. t. Rectore Magnifico, Domino, Patrono & Præceptore suo venerando.

In Academica consilio

SOLENNITER

tuebitur

23. Jun. horis locoque consuetis

M. PHILIPPUS JACOBUS SPENERUS,

Rupisvilla Rocspoletanus.

✻ (o) ✻

ARGENTORATI,

Apud JOSIAM STADEL ACADEMIÆ TYPOGRAPHUM.

—
Anno M. DC. LIX.



G. D. N. N.

IDEAE CLAVIS

LIGANTIS

SECT. I

Quam

Deo Bene

PRASIDE

VIRO

TERRA M M R ENERENDO

AMPESSIMO EXCELLENSSIMO

DOMINO

JOHANNI CONRADO

JOHANNI AWERO, SS. THEOL. D.

Magistro in Theologiae, Universitatis Argentoratiensis

Magistro in Theologiae, Universitatis Helmstedensis

Magistro in Theologiae, Universitatis Lipsiensis

Magistro in Theologiae, Universitatis

SPENSITER

M. THOMAS JACOBUS SPENSITER

Magistro in Theologiae, Universitatis

Magistro in Theologiae, Universitatis

Magistro in Theologiae, Universitatis

Magistro in Theologiae, Universitatis


Anno M. DC. LXX.





IDEAE CLAVIS LIGANTIS

Prooemium.

S. I.  Imis certum ac illustribus Rerumpubl. cladibus ac ruinis comprobatum est, quod de Famâ pacis præfagiit Apostolicus N. Test. Propheta S. Paulus, 1. Thes. v. 3. *Cum dixerint pax & securitas, tunc repētinus eis superveniet interitus, sicut dolor in utero habenti, & non effugient.* *Fama* sc. *Iena*, Nobilissimam, ac, ut à Patre suo è cœlo nata est, castissimam Virginem *Irenen* lenociniis plectam, copulabit pro cœo impurissimo, cujus nomen Ἀσφαλῆς, à quo illa *Asphalia* vocabitur: violata ac imprægnata, calculo suo terminum partus justo longius extendet; ac dum bacchanalia vivit, inque omnes a sotia species diffluit, repente nixiis doloribus præventa, enitetur vipereum partum, cui nomen *Ολεθρος* ab ἀπωλεία. Hic omnes *Irenes* choreas totumque mundum pacis deliciis inebriatum somno, luxu, fastuque sepultum, ceu *Ægyptum* Angelus vastator, noctu invadet, pessumq; dabit in exitium novissimum ac indeclinabile. Proludium hujus fati prima antediluviani ætas vidit, postquam civitas *DEI* civitati *Diaboli* per syncretismum commixta, viam *Caini* consecrata, lenocinantibus oculis obsequiosa, debito matrimonii sine neglecto, nuptiis innuptis lasciva, spretis patriarcharum ac nominatim *Enochi* dehortamentis, in omne se nefas effudit, atque hinc divinam in se *Nemesin* armavit: à quâ immissi *Titanes* h. e. Tyranni præferoces, dirissimi mortalium carnifices bellorumque satores: ex inundanti tamen *Numinis* benignitate *Irenen* aliquandiu propitiam, at non diu castam, sed quæ in *Alphaliam* degenerarit, experta est; in pristinum cacoethes recidiva, necquicquâ reclamante *Noah*o,

A post

post consumptos CXX divinæ macrothymiaë annos subitaneò cataclysmo ignes suos restinxit, perennicremis ignibus multata.

2. Parallelâ sorte Pentapolis inanibus ac nefandis flagitiis in cœlum usque infamata, Kadorlaomoris vinculis, virgisque, quibus pridem castigabatur, erepta, nihilo post melior concionibus Lothi facta, repentino vivacissimoque fulmine accensa conflagravit. Eâdem denique Palæstina ἁγιωσύμωσ sancta, cum post longas bellorum molestias sub Augusto respirasset, Martyri-Deique-cidio divinam ultionem laceffivit, inque sui extremam perniciem non ivit sed ruit. Moneri his Exemplis debebat nostra, quam vivimus, atas: cui annos ante decem Irenen redivivam, tot pridem gemitibus, suspiriis, votis, quorum numerus omnes calculos fallit, æstuatam gratulati sumus: at illa jam dum securitati nupsit, cœlique nemesis, quam ante longè sæviorem irritat, hocque unum studiosè agit, ut & summi Prophetæ Christi erotema de raritate fidei, *veruntamen, agentis, Filius hominis veniens invenietne fidem in terrâ?* & Apostoli vaticinium de olethro opinione citius nascituro sibi constare possit. Sic seculum est.

3. Quid interea qui Gosenicæ lucis serenitate fruuntur Filii lucis agant? quid moneant? quid moneantur? quid caveant? *Vos autem Fratres*, addit S. Paulus, *non estis in tenebris, ut vos dies illa tanquam fur comprehendat: omnes enim vos Filij lucis estis (certè esse debetis) & Filij Dei, non sumus noctis neque tenebrarum. Igitur non dormiamus, sed vigilemus & sobrii simus*, atque sic alius præluceamus, ut non nos soli mox venturo sponso obvii, hilariter stare, non cadere, ad nuptias intromissi non exclusi, æternum luceamus; sed & nostrò Exemplo, cautione, remediis alii extremis tenebris erepti nostræ felicitatis fiant consortes.

4. Fuerunt nuper alibi, qui è rationis suo quodam delirio duo excogitarunt remedia compescendis hujus ævi furoribus visa idonea; utpote *syncretismū* in religione, *anancasmum* bonorum operum ad salutē; quo id parallogismo alibi demonstratum est. Quanto veriora sunt alia duo mundo quidem exosa, at unicè salutaria media; prophylacticū unum CATECHISMUS scil. rectè intellectus, alterum alexicacum ANATHEMATISMUS

3.

TISMUS à CLAVE LIGANTE ECCLESIASTICUS. De Catechismi rectâ intelligentia alibi tractabitur Deo juvante & comite vitâ. Nunc constitutum est, CLAVIS LIGANTIS mysterium in his mundi in sui exitium aeternum securissimè ruentis, fecibus tartaroq;, tam necessarium tractatu quàm quod maximè, dilucidè declarare, ac in commodum præcipue studiosæ Juventutis liberaliter dispensare.

§. 5. METHODUS tractationis constabit 1. *historiâ* actuum ac effectuum *Clavis Ligantis*, h. e. excommunicationum celebriorum, indigestâ ac promiscuâ, nullâ cum Clavis regulatæ an errantis? verè an opinione adhibitæ? differentiâ; recitatione, à primo mundi quasi ovo ad hæc nostra mala deductâ. Sequor hic Aristotelis consilium in definitione reperienda præbitum, εἰ τις ἢ μεγαλοφύχας, ait l. 2. post analyt. cap. 14. Ζητῶμεν, σκοπεῖον ὅτι πινῶν μεγαλοφύχων ἔς ἴσμεν, τί ἔχεισι ἐν πάντες ἢ τοῖστί; sic ibid. Alcibiades Achilles, Ajax, τί ἐν πάντες in quo? τῶ μὴ ἀνεχθεῖν ὑβριζόμενον. Sequor JCTORUM viam, quâ facta juri præmittunt. Imo ipsius Sapientiæ sequar œconomiam, quæ à πολυπειρία historica ducit scientiam τῶ ἀρχαίων, & εἰκασμὸν τῶ μελλόντων ad λύσιν σφοδρῶν ἢ ἀντιγμάτων, Sap. 8, 8. 2. *Historia Phosphoro*, Definitione sc. è fac. literis digesta. 3. *Phosphori lumine, elenchtico ac Hodegetico*. Jova juva!

S E C T I O I

Nemo hic à nobis sperare debet Exempla Anathematizationis politicæ, factæ vel ad mortem naturalem, vel ad mortem civilem, quæ Latinis proscriptio est, germanis die Achte Erklärung. ejusmodi Anathematizatio ad forum politicum unicè pertinet: Da muß (ita B. Lutherus ad Genes. 49. pag. 196.) Meister Hansß das Schwerdt führen, Galgen vnd Rad brauchen, in terrorem & documentum cæteris, etiam cum remittitur peccatum. Sicut furi ignoscitur quidem, nihilominus tamen agitur in crucem. Peccatum à Deo condonatur his, qui capitali pœnâ affiendi sunt, sed licet non remittit, quin legibus constitutam pœnam exigat. Meister Hansß vergibts ihnen nicht, sondern thut ihnen ihr Recht. non tamen damnatur fur aut homicida,



micid ; &c. Si pœnitentiam agit, & credit in Christum, nec post mortem sentit ignominiam crucis, sed posteri in eam intueri debent, ut cogitent si furaberis, tu quoque similiter lues.

Hæc doctrina necessaria, & retinenda omnino est in mundo. Ideo ferunt Imperatorem Maximilianum, quotiescunque præteriret locum supplicij publici, aperto capite eum salutasse his verbis: Salve Sancta Iustitia. Nisi enim essent pœna & supplicia, nihil proficeremus nostris concionibus, & remissione peccatorum, & vulgus ad infinitam licentiam peccandi abuteretur doctrinâ de misericordia DEI: Ecclesia habet suam pœnam excommunicationem, quamquam ea minus curatur quam politica. Hæc D. Lutherus. Hujus quoque loci non est anathematizatio ac excommunicatio immediate divina, foris insensilis, à nostro B. Luthero designata in explic. Joel. quæ extat in tom. 8. Witteberg. fol. 405. Gleich aber wie diese äusserliche vnd sichtbare Excommunicatio vnd Bann alleine die angehet / vnd wieder die soll gebraucht werden / so in öffentlichen Sünden leben / vnd derselben vberweist vnd vberzeuget sind. Also ist noch ein ander heimlicher vnd vnsichtbar Bann / der nicht der Menschen ist / noch von Menschen geschicht / daß mans sehen könne / sondern ist Gottes selbs / vnd geschicht von ihm allein / dann Gott richtet nicht allein nach den Wercken / wie wir Menschen thun / sondern sihet das Herz an / vnd richtet die Heuchler / welche die Kirche nicht richten noch straffen kan / nach dem gemeinen Spruch / De occultis non iudicat Ecclesia. Die Kirche richtet nicht / was heimlich vnd verborgen ist. Aber nicht alle sind mit öffentlichen Ergernissen also grob beschmizt / daß man sie einiger Mißhandlungen vnd Unthat öffentlich / wie recht bezüchtrigen vnd beschuldigen könne. Dann wiewol viel Geizhälse / Hurer / Ehebrecher / &c. sind / doch gehen sie so fürsichtig damit vmb / machen es so heimlich / daß mans nicht wol auff sie bringen vnd beweisen kan / wie sichs gebühret / Darumb sind sie mit vnter der Christlichen Gemeine / hören Predigt vnd Gottes Wort / brauchen auch mit den andern rechtschaffenen Christen der Sacrament / vnd sind doch de facto, mit der That / von Gott verbannt / weil sie in Sünden leben wider ihr Gewissen / vnd bessern sich nicht / nach dem Spruch St. Pauli / die Hurer / Trunckenbolde / Ehebrecher &c. werden Gottes Reich nicht ererben.

Aber

Aber Gottes Bericht wird nicht ewig für vnd für aussen bleiben/
noch weit von ihnen sein/ daß es sie nicht treffe / Menschen zwar be-
trügen sie/ aber Gott können sie nicht betriegen / derselbige wird am
Züngsten Tage seine Engel lassen samten alle Ergernisse/ vnd in den
fewrigen Ofen werffen.

Sed nostra opera unicè incumbet illustrandæ Clavi li-
ganti in Speciminibus excommunicationis Ecclesiasticæ exter-
næ, per homines factæ. Unde & ab Angelicâ excommunica-
tione telam ordiri non est necesse.

(a) Ἄναθημα quid differat ab ἀναθήματι, videndus Erasmus Schmidt in Crisi
de laticula grammaticâ annot. ad 1. Cor. 12. 3.

Est autem anathema res vel homo ἀφωρισμένον, ἄγιον, quæ hominum usui
eripiuntur, penitusq; ab humana, communiq; consuetudine tolluntur ac removentur. Idq;
vel salutare, cum Deo consecratur, & conservatur, ut res sancta sit, & ejus ministerio, cultui
& honori dicata, Lev. 27, 28. Num. 18, 14. Tales Levitæ ex hominibus: quib. cum se miscent
monachi, (ita enim Corn. à Lap. ad Lev. 27. p. 762. *Religiosi nostri quasi voto cherem Deo
dicati, civiliter mortui dicuntur; quia omni civili negotio, & hereditate ac dominio re-
rum temporalium sese abdicarunt, perinde ac si mortui essent*) nos poma natamus, cla-
mant. Vel exitiale, piaculum cum aboletur, è rerum natura exterminatur, quòd impu-
rum, nefarium & omni usu indignum sit. Deut. 7, 26. c. 20, 13. Num. 33, 52. Jud. 7. 1. & 12. 1.
Reg. 20. 39. Hujus posterioris tria genera ex Tostato Abulensi memorat Sanctius ad 1.1.
Maccab. c. 5. 4. p. 450. Primum ita proponebatur in eos, quorum erat caput morti devo-
tum, ut nihil eorum, quæ ad ipsos aliquo modo pertinerent, reliquum esset à ferro, aut
flamma, de quo Deut. 13. v. 13. *Percussies, inquit, habitatores urbis illius in ore gladij.
& delebis eam, & omnia quæ in illa sunt usque ad pecora. Quicquid etiam suppellectilis
fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa civitate succendes.* Tale vide-
tur illud anathema, quo Dominus lib. 1. Reg. c. 15. Sauli præcepit, ut Amalec percuteret, &
universa, quæ ad illum pertinerent, demoliretur, & virum ac mulierem occideret, neque
parvulo parceret, ac lactanti: Secundo anathematis genere non debebantur omnia, sed tan-
tum ad thesauros Domini, sacramque gazam, quæ templo Dominoq; servirent, servaban-
tur: aurum videlicet, & argentum, quæ nullus ad privatos usus, atq; domesticos conferre po-
terat. Tali anathemati subiecta fuit Jericho, Iosue cap. 7. In tertio genere maledicto subji-
ciebantur & anathemati civitas ipsa, & omnis hominum ætas sexusq; ita ut civitas ipsa igne,
habitatores ferro, aut alio quovis modo sternerentur, reliqua tamen erant pugnatorum
exuviz: qualia passa fuit civitas Hai, de qua Iosue c. 8.

Cælo certe ac cœtu Uranio exclusus fuit Sathan, cum fulguris
instar de cælo præceps cecidit in Tartara devolutus: è templo
exterminatus, quoties exorcismo seu miraculoso seu spirituali
ex hominibus hominumque cordibus ejectus fuit: clave & ca-
tenâ abyssi Angelus Draconem colligavit, per mille annos ca-

ptivum Apoc. 20, 1. & seqq. Sed hoc excommunicationis genus huc non pertinet, quemadmodum nec alterum, quod Adamo & Evæ (qui nondum Ecclesiam h. e. selectum ex aliis cœtum fecerunt, sed ut unitas numeri, ita par illud unum, Ecclesiæ principium fuit) accidit in Paradiso, tamen in eo instar aliquod excommunicationis post alios notarit Rivetus exerc. 40. in Genesin p. 206 (b) *Non male notant aliqui, tale quid accidisse Adamo, quod iis qui ob male facta exilio mulctantur, & dulcissima patria carere coguntur; vel iis qui per excommunicationem Ecclesiasticam arcentur à sacris, cujus velut formam habemus in hac expulsionem Adami, qui non solum prohibitus est esu arboris, sed etiam exclusus habitatione horti illius, in quo benedictio Domini maxime eminebat. Sed quemadmodum excommunicationis scopus est peccatoris humiliatio & conversio, sic non dubitandum est tali animo erga protoplastos fuisse Dominum, qui etsi à Sacramento innocentie homines rejecerit, & eam habitationem negaverit, quæ iis tantum*

(b) Nec piget hic è proelo vulgare, quæ in Cathedrâ antehac de gladio Cherubino quasi proscriptorio meditati sumus. Eo gladio Horti Dominus obicis munus designavit & igneis quasi lineis funestum programma relegatorium paradiso appendit, hanc formulâ conceptum. *Ecce homo! quasi unus ex nobis cognoscens bonum & malum! Curandum nobis est, ne extendens manum suam accipiat de fructu arboris vita & comedat & iustus in a-sum! adeste cœlites, adeste vigiles, adeste Cherubi, agite excubias, paradiso securitatē præstate! arcete apros à sepimento, capros ab horto, hircos, quos ille homo nunc olet, ab areolis plantarum; harpyias ab immortalitatis condimento. Locus hic sacer esto, oppellatus ac mortalibus in posterum inaccessus! colonus, Herus suâ domo; doctor suâ cathedrâ exeat semper exclusivissimus! luat suam gulam! decoquat bolum, quem intrivit, exeat ex horto amoenissimo omniumque sensuum illecebrâ, è perpetuò vernantis cœli sereno! è nemore vitæ incommutabilis vivæ sacramento; è nemore scientiæ dependentis Domini monimento exterminatus correat in vepreta, inter spinas sudet, inter glebas epuletur. Procul hinc, procul ite profani! Quanquam quæ Numinis Optimi Maximi inenarrabilis est benignitas, idem ille mucro illicis quoque instar habuerit, nihilo hebetius cordium humanorum affectus, abditissimosq; recessus puncturus, quàm mirandâ inventionem Salomon aliquando cordis materni viscera pungendo penetravit. Agnoscerent mortales omnium seculorum facinus, quod in sui generis fonte designassent, agnoscerent quotidiana noxarum incrementa: funus Paradisiacum omni momento deplorarent; threnodiis stragem suam prosequerentur, sed fiduciam alerent dulcissimis de capitis Serpentina contritore promissis, ac expectarent Ave Angelicum Cheruborum inversis in nos studiis flagrantium, qui in globos, cornua, alas, turmas digesti natalitiam Christi noctem luminibus, aurum carminibus, aures pastorum gratulationibus, infernum clarigationibus, Paradisum jam jamque referandum, invitationibus impleverunt; persuaderent sibi fore tempus, in quo framea vindex in gentis humanæ vadem Christum sit delævitura, percussura pastorem, ut è percussi sanguine oves expiarentur, scirent denique Acinacem tam horrendum in Iridem tot gratiis quot roribus irriguam resolutum iri.*

tantum parata erat, qui in iustitia permansissent, non tamen eos destituit aliis mediis, quibus reparari possent, & in gratiam redire. Et quamvis exclusio ex Paradiso, testimonium esset meriti privationis aeternae vitae; non tamen fuit indicium, Deum adversus eos execui voluisse actum, quod ipsi meriti fuerant, quia animus erat, eos ad poenitentiam revocare.

Cæterum quæ in hâc regione Anathematizationem seu excommunicationem Ecclesiasticam illustrant, à primo quasi mundi ovo ad hâc nostra mala deducta Exempla hâc sunt.

IN TESTAMENTO VETERI revelata extat EXCOMMUNI- CATIO.

I. CAININA penicillo B. Lutheri his verbis depicta
fol. 82, 84, 86.

Quod Moses dicit, DOMINVM locutum esse, accipio, ut supra, quod Adam per Spiritum Sanctum & in persona DEI, quam tanquam pater erga filium sustinebat, hâc locutus sit. Pertinet itaque ad commendandam auctoritatem parentum hâc phrasis Spiritus Sancti, quos cum audiunt, quibus cum parenti liberi, Deum audiunt & Deo parent. Ac puto ego Spiritu Sancto revelante, Adamum cognovisse, quod Habel occisus sit, Nam pronunciat de cade, cum tamen Cain cadem dissimulet. Quod si Heva audivit hâc, quid tum misera putas fuisse animi? Verè enim inenarrabilis dolor fuit. Ipsum Adam autem propius attingit malum. Hic enim quia Pater est, ex officio cogitur objurgare Filium, & ob peccatum excommunicare. Quamquam enim non occidit eum (Nam lex de occidendo homicida infra capite nono fertur, postquam cades viderent multiplicari Patres) & signo ex instinctu Spiritus Sancti eum munit, ne occideretur. Tamen magna poena est, quæ ei cum tota posteritate irrogatur, Nam ad illam maledictionem corporalem accedit, quod Cain excommunicatur, quod fugatur à conspectu Parentum, & consuetudine reliquorum Fratrum & sororum, qui apud Parentes, tanquam in Ecclesia, remanebant. Ab hac Ecclesia, quæ non erat in uno certo loco, ejicitur Cain, & sic dupliciter punitur. Primò poenâ corporali, quod maledicitur terra, & additum ei est signum homicidiale. Secundo poenâ spirituali, quod per excommunicationem ejicitur tanquam ex altera Paradiso, ex templo & Ecclesiâ Dei.

Magna.

Magna, (ibid.) profecto res: Habel mortuus, vivit, & ab ipso Deo canonisatur in alia vita, melius & verius quam omnes, quos Papa canonisavit unquam. Cain vivus excommunicatur, & moritur perpetuâ morte.

Imprimis (ibid. p. 84.) observatione digna est diligentia Spiritus Sancti. Supra cum Adâ propter peccatum pœna infligitur, non maledicitur persona Adâ, sed tantum terra, neque id tamen simpliciter, sed additur quasi excusatio quædam terræ, Sic enim dicitur, Maledicta est terra propter te. Hæc pulcherrima dialectica est, quod Spiritus Sanctus distinguit inter terram & Adam. Maledictionem derivat in terram, personam autem servat. Hic de Cain aliter loquitur Spiritus Sanctus, Maledicit enim personæ. Cur hoc? Num quod Cain homicida gravius peccarit, quam Adam & Heva? Non, sed ideo, quia Adam erat illa radix, ex cuius carne & lumbis erat nasciturus Christus, benedictum illud Semen. Huic semini parcitur, hujus benedicti fructus causa transfertur maledictio à persona Adâ in ipsam terram. Ita ut Adam ferat maledictionem terræ, sed non personalem maledictionem. Erat enim ex ejus posteritate nasciturus Christus. Ab hac gloria, quia per peccatum excidit Cain, maledicitur persona ejus, & dicitur ei, Maledictus es tu, ut intelligamus eum separatim à gloria promissi seminis, nec habiturum in suâ posteritate tale Semen, per quod veniat benedictio. Hæc est excommunicatio ab ista magnifica gloria futuri Seminis, Tu maledictus, hoc est, Tu non es ille, de quo speretur Semen benedictum. Hoc verbo excommunicat Cain, & tanquam ramum de stirpe amputat, ut non possit amplius sperare illam gloriam, quam ambibat.

II. CHANANÆA. Audiendus iterum Tertius Elias, ad Gen. fol. 156. Penè simile tum factum, tum fortuna Ham cum Cain. Cain occidit fratrem, Hoc factum satis arguit, nullam erga Parentem reverentiam in corde ejus. Excommunicatur autem à Patre, discedit ab Ecclesia, quæ habebat verum Deum & veros cultus, & ædificat civitatem Hanoch, ac occupatur totus civilibus curis. Ad hunc modum peccat Ham irreverentia in Patrem. Cum autem postea audit sententiam maledictionis, quæ excluditur à promissione Seminis & Ecclesia, quia in Persona sua non maledicitur, sed tantum in Filio, securus discedit à Deo & Ecclesia, & vadit in B. bylonem, ac ibi ædificat Civitatem regiam. (& fol. 152.) Non igitur ex quadam puerili levitate Ham risit patrem Noah, quemadmodum pueri cum in plateis ebrium rusticum circumstunt, & ludos ex eo faciunt.

faciunt. Nā vere offensus est illo lapsu Patris visus sibi justus, sanctus, religiosus præ Patre. Non igitur sola scandali species hic est, sed ipsa res & verum scandalum, siquidem Filius Ham ira offenditur illa Patris ebrietate, ut & judicet Patrē, & in isto ejus peccato delectetur. Sicut igitur Noah ante Diluvium à maxima Mundi parte pro stulto habitus, pro heretico damnatus & tanquam furiosus homo contemptus est, ita hic Filius eum tanquam stultum ridet, & tanquam peccatorem damnat. Ac quia & Ecclesiam & rempublicam & Oeconomiam solus Noah sua diligenti cura & labore gubernabat ac sustinebat, quis dubitat multa ab eo facta, quæ superbum & arrogantem filij animum offenderent? Sed dissimulavit hanc animi malignitatem filius hætenus, quæ nunc in manifesto Patris peccato erumpit. Ad hunc modum Ham, si judicasset vera quæ ex Patre audivit, confugisset ad misericordiam, & deprecatus esset crimen admissum. Sed neutrum facit, discedit potius superbe à Patre in Babylonem, ibi occupatur cum suâ posteritate edificandâ urbe & turri, ac totius majoris Asiæ Dominum se constituit. Hujus securitatis quæ causa est? Hæc nimirum, quod Prophetiæ divinæ, tantum sunt credibiles, non sunt sensibiles nec experimentales. Idque in utramque partem, sive sint promissiones, sive comminationes. Ideo semper contrarium videtur carni verum esse. Maledicitur Ham à Patre, sed tenet maximam partem orbis terrarum, & constituit amplissima regna. Non existimo, (ibid. p. 155.) in universum omnes damnatos, sed qui conversi ad fidem & salvati sunt, non ex certâ promissione ipsis factâ, sed vagâ gratiâ (ut sic dicam) salvati sunt. Ruspantur aliàs super hæc execrationis in filium facta derivatione Interpretes, ac novissimè Nicol. Abram Loiolita Mussipontanus in Pharo V. Test. l. 3. n. 3. quæ in præsens intacta relinquo.

III. ISMAELICA. Hanc quoque delineat Megalander hoc verborum conceptu, in Genes. 21. fol. 179. Hagar in summo desperationis gradu est cum filio, non tantum quod deficeret aqua in lagenâ, sed magis quod spirituales aqua deesset, & excommunicatam se sentiret. Senserat se hætenus frustra clamasse, & orasse, fuerat enim superba. Iam autem auditur ejus oratio, quia contrita est, & mortificata cum filio. Ismael (ibid. p. 175.) antequam ejiceretur domo, erat superbus & securus, & antinomicus Epicurus: Ego, inquit, sum Dominus & heres, mihi cedat Isaac & Sara. Hæc superbia fovēda ne fuit an corrigenda? Quâ autem aliâ ratione potuit corrigi? quam ut unâ cum matre ejiceretur,

B

& nihil

& nihil secum auferret ex domo Abrabe, quam illud premium legis, panem scilicet & aquam. Sic enim solet lex, furem vinctum deducit ad patibulum, prius autem quam stranguletur potu aqua reficit, sed deficit tandem aqua, & relinquitur mors: Plus lex non facit.

IV. VICARIA, SUCCEDANEA, vaga. Sic appello anathemata excommunicationis signa, quæ in succedaneum data, nullam definitè personam, sed vagè τὸν δῆρα, quemcunq; excommunicari meritum designant. Duo huiusmodi exempla eminent. Unum τὸ Ἰνιὺ hirci apopompei, emissarii averruici. Testimonia descripta extant Lev. 16, 8. & 21. Bene ad h. l. notat Corn. à Lap. p. 696. Hic ergo hircus emissarius erat quasi anathema, catharma & piaculum populi, cui populus per Pontificem omnia sua peccata imponebat, ut ille eis onustus, ea secum castra tracta efferret in desertum: perinde ac Romani & Græci tempore communis pestis aut luis homines piaculares seligebant, eosque necando diis devovebant ad cladem avertendam. quale piaculum fuit Curtius, qui in hiatus urbis sese precipitem dedit. Lorinus ad hunc l. Succedaneus, ait p. 504. hircus hic dici potuit, in quem incommoda periculorum alienorum, quorumque culpas alij sustinerent, redundabant. ibid. multa otiosè conbajulat, disputatque. Et alterum vitula separata, adq; vallem saxis asperam e ducta in succedaneum homicidæ ignoti, in quâ hic, ubi ubi terrarum lateat, excommunicatur, Deut. 21. propositum, a que Josepho declaratum l. 4. antiq. c. 8. p. 122. Homicidio in aliquo agro commisso, si auctor nusquam compareat, neq; suspicio sit, à quo piam per odium occisum hominem, inquisitio fiat, summa cura propositis indici premiis. quod si nullus existat index, magistratus oppidorum vicinorum agro, in quo cades est facta, & senatus convenientes, metiantur à loco in quo jacet cadaver: & quod fuerit proximum oppidum, ejus oppidani emptam juveneam & abducendam in tesqua nec sementi nec plantationi idonea, nervis cervicis abscissis cedant, & ablutis manibus supra caput juveneæ sacerdotes & Levitæ ac senatus illius oppidi, puras se manus ab eâ cades habere proclamant, eamque nec fecisse se, nec, dum fieret, interfuisse. Invocantque Deum, ut propitius factus nunquam posthac in eâ regione tale malum accidere permittat. Ascribam hic hyponæan satis congruam Lorini suos autores sequentis, p. 91. Quia frequenter Interfector est de civitate propinquiori, occisio autem vitula fiebat ad explorandum homicidū occultum;

tum; & seniores civitatis jurabant se nihil prætermisisse in custodia viarum; ille cujus erat vitula, damnificabatur in occisione animalis, & si prius manifestaretur homicidium, si scirent, raro poterat esse, quin aliqua verba vel indicia super hoc facta essent; vel hoc fiebat ad errorem, in deestationem homicidii: per occisionem enim vitula, quæ est animal utile & fortitudine plenum, præcipue antequam laboret sub jugo, significabatur, quod quicumque homicidium fecisset, quamvis utilis esset & fortis, occidendus erat, & morte crudeli, quod cervicis concisio significabat, & quod tanquam vilis & abjectus à consortio hominis excludendus erat, quod significabatur per hoc quod vitula occisa in loco aspero & inculto relinquebatur, in putredinem convertenda. Similia notat Corn. à Lap. ad h. l. p. 990. Vitula ergo hæc mactanda erat in valle aspera: quia hæc horro- ris homicidij est symbolum. Omnia enim hæc à Deo præcepta sunt, ad ter- rendum rudem illum populum, & absterrendum ab homicidio, per exter- nam hanc tristitiæ & funeris quasi pompam, perq; victimam expiatoriam homicidij, cui, cum auctor esset occultus, communitas tota videbatur esse obnoxia, quasi quæ tale intra se sustineret membrum, nec satis supra gre- gem suum invigilasset. Allegoricè vallis aspera est locus Calvarie, ubi cru- cifixus est Christus. Erat & alia hujus legis & ceremonie utilitas: nam hanc publicam expiationem præcedere debebat summa in inquirendo sce- leris auctore diligentia, ut populo magistratus satisfaceret: simul admo- nebatur magistratus vigilare, fontes persequi & punire; ne unius culpa provocaret iram Dei adversus totum cœtum Israel, ut dicitur dist. 45. c. 18. Denique, tertia hujus sanctionis causa erat, ut auctor sceleris, si inter eos fuisset, proderetur. Bonfrerius ad h. l. addit p. 988. Vitula hæc ceden- da non occisi hominis typum gerebat, ut vult Oleaster, sed potius homicidæ, in cujus locum, cum non reperiretur homicidæ, hæc vitula substituebatur.

V. MARIANA. Ecquid enim Maria Fratris sui Moïsis malitiosa ac invida objurgatrix leprâ mulctata, sustinuit, cū per septem dies à castris seclusa, nisi disciplinam quasi excōmunica- toriã? Num. 12, 14. quâ post septiduum soluta demùm convaluit, ut fert communior probabiliorque sententia ap. Salian. ann. M. 2545. n. 194. Brentius in h. l. p. 246. septendialem hanc exclusionem exponit de publicâ ignominiã, ut coram universo Israele pudefieret. Et ad- dit similes Ministerij contemtores seipsos afficere leprâ h. e. excommuni- catione & rejectione ab hominibus. Quarenti, cum Aaron culpa socius fue-



rit, cur à pœnâ immunis sit? Respondit Erasmus Marbachius com. h.1. p.80. Etsi vero nobis in iudiciâ Dei curiosè inquirendum non sit: quod suorum consiliorum & factorum Deus rationem reddere non tenetur: probabile tamen, gravius exarsisse contra Mariam, quod mali principium erat, & author impie contentionis, fratrisque animum contra Moysen accenderat. Aaroni autem pepercisse, ne sacerdotium in persona illius probro subjoeret. Cum enim ille imago sit CHRISTI unici nostri Mediatoris, tantaque dignitas nuper in ipso exordium sumpserit: multum sanè interest, eximi illum à tali ignominia, ne quid sacrorum dignitati & reverentiæ decedat.

VI. CORÆANA, Corææ factioni inflicta: nam & hæc segregatio mandata, Num.16,24.26. aliqua excommunicatio fuit, quasi negativa, de quâ infra pluribus agetur. August. in qq. super Numeros q.27. p.323. isti nunc à Synagoga Chore Abiron & Dathan, qui se primitus per seditionem abrumpere voluerunt; sic ibid. & in fine à Zizaniis separabuntur frumenta, & malos cremantibus flammis, justi fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Idem Sacrum fulmen Joh. Bisselius Lojolita in Dec. illustr. ruin. p.715. Lutheranis ut vocat sectarios intorquet. Quid, inquit p.715. meretar obsecro, qui superbierit; nolens obedire supremi Sacerdotis imperio? Moriatur: & auferes ex Israele malum; ne quisquam deinceps intumescat superbiâ, Quid, cui vilis est ac despecta, matris Ecclesiæ majestas? Sit tibi, sicut simulacrorum cultor, & sacrilegus cultor! Vnde, ibid. p.716. præter Husium, Hieronymum Pragensem, superbissimumq; Calvinum, etiam Lutherum eo videmus esse contumacis arrogantie provolutum: ut libro, quem, de Gladio, buccinator inscripsit, negare sit ausus; Sacerdotum ac Pontificum, ullum esse, vel magistratum, vel potestatem (verbis illius inhereo) Ministerium tantum, ac functionem, esse: quæ Flamines, & Episcopos, nec altiores aliis, neque meliores constituat. Eaque gratiâ, nec juris tantum eos arrogare sibi posse, quo leges ullas, aut præcepta, cæteris mortalibus imponit. Hoc inquam sacrum fulmen cum Lutheranis intorquet, Illud errare docet. Non enim statim Moses est, qui sibi thronum Basilicum arrogat, nullo cæli calculo auctoratus. nec statim Aaron, qui sibi Pontificalem tunicam admetiens, simbrias justo latius extendit, suæ dignitatis per polypragmosynen dilata-

tata



tatæ primus auctor violentus. Nec Coræi sunt anathemate digni, Heroes Thraſybuli, libertatis tremefactæ vindices, veritatis testes, juſti cenſores, qui dum poppyſmis uti non poſſunt, nec adulari & ſervire didicerunt, memores illius Paulini, (ne ſitis ſervi hominum, caro emti eſtis) ambitionis non rarò ac ſeditionum nominibus, crudiffimè diffamantur. Si, pro Deo à Moſe contra Aaronem ſcandali auctorem ſtetere Levitæ religioſi, nullius idèd culpæ rei: Si cum S. Paulus Ananiam Pontificem parietem nominavit dealbatum, & nemefin juſtam præſagiit, officium fecit, non convitium, uti magni nominis Theologus Joh. Brentius cenſuit; ſi abſq; noxâ Petrum ſeniores, ac uti tradunt Pontificis gnathones, primum papam, cum ex Apoſtolo in Hypoſtolū deſciſcere voluit, Paulus junior in ordinem redegit; quid criminis admifit Magnus ille Lutherus, cum leonis barbam vellicavit, raptum poteſtatis indebita iniquum, & raptæ tuitionem iniquiorem, quam nullus Sanctæ ambitionis color diluat, detexit,

auriculas auſus mordaci radere verò?

VII. JONÆ A. Erat jam ſocietas nautica, Jonæ comes, aliqua Eccleſiola, ſaltem ex catechumenis conſtans, poſtquam tempeſtatis furoribus in panicos terrores conjeſta, hoc ipſo pædagogicè (a) ad Hebræum Deum è confeſſione Jonæ concepta per ſtudia precum, voti, charitatis patefactâ, perducta eſt. Ex hac civitate ejeſtus Jonas tanquam anathema, *πρόβλημα*, piaculum, luſtramentum, (Ita ad h. l. Tarnovius p. 33.) ſe conſtrictum videns dixit eis, tollite me, & projicite me in hoc mare; me, inquam, tanquam piaculum & *πρόβλημα*, 1. Cor. 4. 13. in quem locum vide egregia quadam huc facientia in marginalibus B. Lutheri. Thren. 3, 45. & notat Budæus, *πρόβλημα* dictos fuiſſe, quos Latini piaculars & ſacros homines dicebant, quorum capite omnia civitatis aut gentis alicujus ſcelera luebantur, qui ſi in terra tollerentur è medio, *πρόβλημα*: ſi in mare projecti perirent, ut hic Ionas, proprie *πρόβλημα* appel-

B 3

latos

(a) Wie reine (ita Lutherus ad Ion. 1. tom. 3. Ien. pag. 210. f. 2.) Gottsförchtige vnd Chriſtliche Gewiſſen haben ſie da/ Die zuvor nach keinem Mord / noch Gottes gehorſam gefragt hetten / fahren zu vnd Opffern vnd geloben Gott Gelübde / vergeſſen alle die mancherley Götter / die ſie vorhin anruſſen / vnd ſolches geſchicht alles durch Urfachen Jonas vnd ſeines ſterbens.

latos esse, scribunt alij ex Suida. Sic igitur, inquit Propheta, faciendum vobis existimo, si vos vultis esse salvos, tollite me, & projicite me in hoc mare, Glos. me querit tempestas, me perdit, ut morte mea vivatis, ut conticescat & quiescat mare ab infestandis vobis. Hebraicè sonat, à contra vos.) Ejectus in mare quodam quasi καταποντισμῷ excommunicationis specimen præbuit. Ita enim Massilienses, apud Ritterh. ad Salvian. p. 575. Quoties pestilentia laborabant, unus se ex pauperibus offerebat, alendus anno integro publicis & purioribus cibis. Hic postea ornatus verbenis & vestibus Sacris, circumducebatur per totam civitatem cum execrationibus, ut in ipsum reciderent mala civitatis, & sic projiciebatur.

VIII. OZIANA Quemadmodum, scribit Bellarm. in tract. de potest. S. Pont. c. 37. p. 300. Rex Ozias leprâ percussus judicio sacerdotum coactus est habitare in domo solitaria, & Regni administratione dimissa privatus vivere; sic etiam Rex hereticus, judicio summi Sacerdotis per excommunicationem separari potest à cætu piorum, non solum, quoad Sacramentorum, & precum communicationem, ut Barclajus admittit, sed etiam quoad forense judicium, & Regni administrationem, quod Barclajus negat. Confr. l. 5. de R. Pont. c. 8.

IX. ESDREANA, Esdræ enim à Rege Persico autonomia concessa etiam, שרשׁל ad eradicationem ab Ecclesia, Esdræ 7, 26. quam de απουναγωγία exponit Hugo Grot. de Imp. summæ potest. circa Sacra. c. 9. p. 198.

X. ESSENICA descripta à Josepho l. 2. bell. Jud. c. 7. his verbis: τὸς δὲ (vid. Joseph. p. 786.) ἐπ' ἀξιοχρέοις ἀμαρτήμασιν ἀλόντας, ἐκβάλλουσι τὸ τίγμα. ὁ δὲ ἐκκειδεὶς, οἰκίῳ πολλὰ κίς μὲν διαφθείρεται, τοῖς γὰρ ὄρκοις καὶ τοῖς ἔθεσιν ἐνδεδεμένῳ, ἔδὲ τοῖς παρὰ τοῖς ἄλλοις τροφῆς δύνασαι μεταλαμβάνειν: ποιφαγῶν δὲ καὶ λιμῶ τὸ σῶμα τυχόμενῳ, διαφθείρεται. διὸ δὴ πολλὰς ἐλεήσαυτες ἐν ταῖς ἐσχάταις ἀναπνεύσας ἀνέλαβον, ἱκανὴν ἐπὶ τοῖς ἀμαρτήμασιν αὐτῶν τὸ μέχει θανάτῳ βάσανον ἠγάγεον. Deprehensos in peccatis à suâ congregatione depellunt: & qui taliter fuerit condemnatus, miserabili plerumque morte consumitur, Illis quidem sacramentis, ac ritibus obligatus, neque capere ab aliis datum cibum potest. Herbas vero pecudum more decerpens, & fame exesus per membra corrumpitur. Ob quod etiam plurimos plerumque miserati, extremum spiritum agentes receperunt: sufficientem pro peccatis eorum, qua usque ad mortem adduxerit, pœnam luisse censentes.

IN TESTAMENTO NOVO.

JOHANNEA prædicta Malach. 4. v. ult. fore ut Dominus terram sit anathemate percussurus, ni pœniteat, idque per Eliam, h. e. Johannem Baptistam Eliæ spiritu indutum, cujus fulmina sacra extant Matth. 3. 15. uti fuit os Domini, ita & manus ejusdem, per quam ventilabro quasi in vanno purgavit horreum. De quo D. Aeg. Hunnius hæc monet, in comm. ad Matth. 3. pag. 149. *Per ventilabrum autem verbum Legis & Evangelii intelligit, quo repurgat hujus mundi aream, & voce Evangelij quidem congregat triticum suum sive Electos in horreum Ecclesiæ, paleas vero sive infideles ac reprobos projicit ventilabro legis extra Ecclesiæ horreum, & adjudicat igni inextinguibili. Atque hoc quidem judicium exercet etiam in hoc mundo ante seculi consummationem, quod Judaicæ gentis exemplo manifestum est.*

SYNAGOGICA, intentata Christi confessoribus, Joh. 9, 22. c. 12, 42. prænunciata Joh. 16, 2. exercita in Cæco miraculosè revidente, Joh. 9, 34. *qua vident eum tam cōstanter persistere in confessione, non modò Synedrio proturbant, sed excommunicant eum, & à Sacrorum cultu arcent,* ait D. Aeg. Hunn. Com. ad Joh. p. 253. De modis gradibusq; excommunicationis Judaicæ agetur infra.

JESUANA in Judæos Judamq; Iscarioten prophetice denunciata Psalm. 109. in eundem Judam *ἐν διαβολισμένον*, licet nondum clarissimè coram Collegio Apostolico notorium, evibrata, verbis initio obscurioribus, sed ipso Judæ discessu patefactis, *Quod facis fac citius. Quæ verba sunt* (ita D. Gerh. harm. part. 3. c. 172. p. 88.) *ἀποπομπῆς: discedere jubentis & ejicientis ex Sancto Apostolorum consortio. Christus his verbis Iudam quasi excommunicat, & ex Apostolorum Collegio discedere jubet, cum se totum Diabolo tradidisset. Quod facis, fac citius, id est, cum alij magistro te addixeris, & me audire pertinaciter renuas, abi ex meo & Apostolorum meorum conspectu, deploratum & insanabilem esse video malitiæ tuæ morbum, ideò abi in locum te & tuo scelere dignum. Ambrosius l. 2. de Cain & Abel cap. 4. Quod facis, fac celerius, quid illud? ut quia introiverat in illum Satanæ, ipse abiret à Christo. Ejicitur itaque & excluditur, eò quod jam cum Domi-*

no Jesu

no Iesu non posset, qui coeperat esse cum Diabolo. Nondum, inquam clarissime notorium, nondum enim palam, (ita D. Gerh. l. cit. p. 76.) sive publicâ voce proditorem suum omnibus accumbentibus manifestatum, ut, pœnitentiæ adhuc locum daret, nec publicâ nominis vulneratione eum magis irritaret, quam emendaret; tum ne discipulos, præsertim Petrum, qui vehemens erat, in ipsum concitare videretur. Chrysost. in h. l. Neque tunc palam fecit proditorem, fortasse enim eum discerpissent Apostoli, fortasse tunc Petrus interemisset &c. tum ut suo exemplo doceret, occultos peccatores patienter ferendos esse, atque eo modo arguendos, ne turbas in Ecclesia vel Republ. excitemus, ex quibus magnum aliquod malum oriri possit. De totius populi Judaici (suâ quidem opinione primi, at calculo divino novissimi) exauctoratione & exclusione è regno gratiæ Messiano conceptum est totum caput nonum ad Romanos, illustratum & vindicatum in Hodomor. Spir. Calv. phantaf. 2. præcipuè p. 530.

APOSTOLICA Simeonis, } Incestuosi, Hymenæi. 1. Timoth. 4. 19. quæ Exempla compendiò post Baronium repetit Spondan. ad ann. 47. n. 4. Quoniam, apud Corinthios, inter alia portentosum quoddam facinus ab uno illorû (non quidem ex vulgo, sed ut existimant Chrysostomus & Theodoretus, ab aliquo eorum, qui ceteros sapientia antecellere viderentur, quique factiose Ecclesiam divisissent) fuerat perpetratum, ut videlicet incestuose haberet uxorem patris sui: in eum Paulus sententiam pronuncians, tradidit eum Satanae, in interitum carnis, quo Spiritus saluus esset in die Domini nostri IESU Christi. Quam quidem pœnam, non modo ut incestuosus ille à Dæmone obsessus miserabiliter cruciaretur, esse intelligendam, sed etiam ut à communicatione fidelium haberetur abscissus, Patres omnes consentiunt: nam & tollendum eum de medio ceterorum antea dixerat; eosdemque continuè repetita prohibitione monuit ab illo penitus sejungi, nec se ullo modo eî commiscere. Ceterum eodem pariter excommunicandi modo per traditionem Satanae, usus & alibi reperitur Paulus adversus Alexandrum & Hymenæum, qui à fide exciderant: nec aliud significare voluit, cum ad Galatas scribens, anathema pronunciavit adversus eos, qui novâ doctrinâ afferrent. Simonis Magi (de cuius hypocrisi actû est in Christeide p. 501.) Elenchum ita declarat D. Brentius Comm. ad Act. 9. p. 190. ut appareat Excommunicationis actum visum illi fuisse. Audiamus, inquit,
judi-

judicium, & condemnationem, quae peccato debentur. Pecunia (inquit) tua tecum sit in perditionem, hoc est, pereas una cum pecunia tua. Quid hic? Hoccine est Apostolicum, homines tam crudeliter maledicere & condemnare? At tu scias Petrum, nunc non ex privata temeritate, sed ex publico officio loqui. Officium autem Apostolorum est, non solum remittere peccata, sed etiam retinere. & mox posterius ib. p. 191. ostenso peccato, & pronuntiatz condemnationis sententia, ostendit Petrus viam, qua Simon possit sibi parare peccati remissionem, & effugere condemnationem, dicens: Resipisce ab ista malitia tua, & roga Deum, ut remittatur tibi cogitatio cordis tui. Hic jam vides quorsum tendant Apostolica increpationes, & condemnationes. Nimirum, non ut hi qui increpantur & condemnantur, perpetuo pereant, sed ut per ista ad veram salutem perducantur. Tradatur, inquit Paulus, Satanae ad interitum carnis. Quare? ut à Satana diripiatur? minime, sed ut Spiritus saluus sit in die Domini Iesu. Et rursus: Redarguito illos severiter. Quare? ut pereant? absit, sed ut sani sint in fide. Sic & Petrus haecenus Simonem ob peccatum suum increpavit & condemnavit. Quamobrem? ut maneat in condemnatione? minime omnium: Sed ut condemnationem effugiat. Unde indicat ei viam effugiendi: Resipisce, dicens, ab ista tua malitia. Addunt aliqui (ita Corn. à Lap. ad Act. p. 176.) S. Petrum hac voce Simonem expulisse ex Ecclesia, ideoque jure Canonico simoniacos excommunicari. ita Turrian. in l. i. Constit. c. ii. Quin & S. Petrus in Canon. Apost. Can. 28. Si quis, ait, Presbyter, &c. per pecuniam hanc obtinuerit dignitatem, &c. à communionem modis omnibus abscindatur; sicut Simon Magus à me Petro abscissus est.

SYNODICA, quâ Apostatae & Hæretici convicti ab Ecclesiâ extrusi, àque cõmunionem penitus sunt depulsi. Euseb. l. 5, 15. ac nominatim in Synodo Antiochenâ Paulus Samosatenus ib. l. 7, 22. Extat epistola Synodica Sardicæ scripta, (cujus inscriptio sic habet, *συνοδικὸν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖσι συνεληλυθότων ἐπισκόπων πρὸς τὴν κατὰ τὴν δικαίαν ἐπισκόπου γραφὴν*) quâ decreto CCL. Episcoporum, Arianis anathema dictum est, firmatum sententiâ Apostolicâ Gal. 1. apud Theodoret. l. 2. c. 6. Exempla dedimus in Christeid. act. 1. theatr. 3. p. 656. Synodo Nicena Arii quidem errores damnatos, non Arium ipsum, tuetur Petav. tom. 2. theol. dogm. l. 1. de Trin. cap. 7. n. 6. & 7. p. 39. Tanta, inquit, fuit Concilij (Niceni) moderatio,

deratio, ut non in personam ejus, sed in dogmatum pravitatem fuerit lata sententia: Quibus fulminibus sacris (scilicet ut auri fames) in Concilio Tridentino scævum fuerit in Lutheranos, Commentarii res est, non breviarum.

HENRICUS IV. Imp. in variis synodis excommunicatus est, Spond. ann. 1102, 2. ann. 1111, 7. ann. 1112, 2, 3. ann. 1114, 3. ann. 1115, 2. ann. 1119, 3.

EPISCOPICA districta à Diotrephe Episcopo seu vero ac legitimo seu arrogato, quos scævè Ecclesiâ ejiciebat, uti conquestus est S. Johannes epist. 3. v. 10. ubi Bened. Justin. hæc notat p. 291. An id per vim, & privatâ auctoritate faceret, an vero tanquam Episcopus ei Ecclesiæ præesset, & Ecclesiasticâ potestate abuteretur, divina re planè non possunt; nam si hunc Ioannis locum excipias, mirum de hoc homine apud historicos silentium. Ego si quicquam conjecturâ valeo, suspicor eum tanquam Episcopum Ecclesiæ præfuisse, ac propterea eo honore elatum, atque auctoritate abusum adversus sanctissimum Apostolum, & Evangelistam gerere, atque insanire cœpisse, & ut sua avaritiæ velum obdiceret, pietatis officia prohibuisse, & qui ea sectarentur, sacris prohibuisse, ut appareat, jam tum Ecclesiasticos honores quorundam improbitate arrogantiae, atque avaritiæ materiam præbuisse.

In AQUILAM Ponticum bibliorum interpretem, pridem profelytum, post Christianum, qui, ob pertinax astrologiæ judiciariæ studium, καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸ θέμα τῆς αὐτῆς γενέσεως σκοπόμενος, Ecclesiâ ejectus. videndus Epiphani. l. de mensur. Euseb. lib. 5. 8.

In DECIUM Imp. gentilem à Babylâ Episcop. Antiocheno, non ulla Ecclesiastica potestate publica, sed privato Zelo, Sancti Spiritus afflatu ducto, eo nempe quo ad martyrium præparabatur. Illum hic à sacris adytis repulit tanquam impium homicidam, qui innocentem Regium puerum, in obsidem sibi publicâ fide datum, jugulaverat, & sanguinolentis adhuc manibus, ad injuriam Dei templo inferendam veniebat.

In ARIUM ab Alexandro, Alexandria Episcopo ita enim Alexander ipse scribit ad Alexandrum Constantinopolitanum: Arius, Achilles & reliqui eorum complices ἀπεώθησαν τῆς ἐκκλησίας, ἀλλότριοι γινόμενοι τῆς εὐσεβῆς ἡμῶν διδασκαλίας, κατὰ τὸν μακάριον τῷ αὐτῷ.

πῦλον λέγοντα: εἰς ὑμᾶς ἐυαγγελίζετω, παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. quia defecerunt à pià nostra doctrinà, ab Ecclesià communionem separati sunt juxta S. Paulum dicentem: Si quis vobis Evangelizaverit, prater id quod accepistis, anathema esto. teste Theodoro to l. i. c. 3.

In *Lybia* PRÆFECTUM τὸν Σεῖνα, ab Athanasio. Extat de hoc actu integra Epistola Basilii ad Athanasium exarata Epist. 47. Potitus sum literis sanctitatis tuæ, in quibus adversus *Lybiæ* præfectum, virum infamem ingemisti. Deploravimus quidem patriam nostram, quod talium malorum mater est & nutrix: deploramus verò & *Libyam* nostræ vicinam, quod malorum nostrorum particeps facta, ferinisque viri hujus moribus tradita est, qui à pueris crudelitati pariter & lascivie asfuevit. Hoc scilicet erat, quod sapienter dixit Ecclesiastes: vae tibi civitas, cujus rex junior est, & cujus principes non comedunt noctu, sed in ipso meridie lasciviunt post alienos thoros, plus quam irrationales bestia insipientes. Itaque illum quidem manent flagella apud justum judicem, ad eandem mensuram commensurata, juxta quam ipse jam antea sanctos ipsius adfligere præsumpsit. Innotuit autem & Ecclesiæ nostræ ex literis pietatis tuæ, atque averfandum & execrabilem illum arbitrabuntur omnes, ita ut nec ignis, nec aqua, nec tecti communionem cum illo sint habituri. Siquidem prodest nonnihil oppressis, ut violenti isti tyranni communi & unanimi judicio condemnentur. Sufficiet autem ipsi damnationis titulus, & ipsæ sententiæ, quibus undique condemnabitur. Neque enim omittemus: quo minus condemnationem istam omnibus ipsius & familiaribus, & amicis atque advenis ostendamus. Quod si verò non statim illum pœnæ, quemadmodum Pharaonem, apprehendent: attamen postremum aliquando, & gravem illi ac tristem retributionem adferet.

In *ANDRONICUM* Beronicensem, in *Ægypto* præfectum, qui (uti Spondanus post Baronium repetit ad ann. 411.) præter horrendas crudelitates, novis tormentorum instrumentis in subditos commissas, Ecclesiam Dei, ipsumque Christum Dominum, sæpissime factis ac verbis contumeliosis publicè affecerat; dum inter alia, ad fores Ecclesiæ nefaria sua Edicta affigere, & ab asyli mensa illos, qui ab ipso injuria affecti essent, excludere præsumpsisset; sacerdotibusque Dei, hæc improbantibus gravissima intentans, etiam hoc impiissimum verbum effutisset. Quod nullus Andronici manus effugere posset, etiam si ipsius Christi pedem teneret. Tandem (ibid.) veniam enixè petens, eam obtinuit, postquam



duram poenitentiam inter lapsos egit. Extant de hoc actu Epistolæ Synesii Cyrensis ep. 57, 58, 72, 89. in quibus Andronicus audire Δαίμων ἄνθρωπος, martius Dæmon, μήτε ἡγήσῃ τις, μήτε καλείτω Χριστιανός. ἀλλ' ὡς ἀλιτήριον ὄν τῷ Θεῷ, πάσης ἐκκλησίας ἀπεληλάδω πολυέστιον, qui (ibid. pag. 202.) τὸ ὀπίγραμμα τῷ σαυρῷ, γέροντος ἀπὸ γνώμης ἐκ αἰσεβῆς, σεμνὸν ἦν ὅτι λέξεως, δι' ἧ βασιλεὺς ὁ Χεῖρος ἐκηρύχθητο, ipsa crucis inscriptio, ut non religio ab animo profecta, at verbis per honorifica fuit, quibus rex Christus predicabatur. Formula excommunicatio- nis sic habet in Epist. 58. expressa. Andronico, ejusque sociis nullum Dei templum aperiatur. omnis illis religiosa ades, ac septa claudantur. Nulla Diabolo in Paradiso pars est. qui si clam irrepserit, expellitur. Ac cum privatos omnes, & magistratus hortor, ut nec ejusdem cum illo tecti, neque mensa participes esse velint; tum sacerdotes imprimis, qui nec viventes illos salutabunt, nec mortuos funebri pompa deducunt. Sin quisquam, velit exiguae urbis, Ecclesiam nostram contempserit, & ab ea damnatos receperit, quasi pauperi parere nihil necesse sit; noverit scissam à se Ecclesiam esse, quam unam esse vult Christus. Atque hic sive Levita, sive sacerdos sit, sive Episcopus, apud nos eodem, atque Andronicus loco censebitur: neque cum eo dextram jungemus; nec eadem ex mensa vescemur unquam. Tantum abest, ut cum iis arcana mysteria communicemus, qui cum Andronico & Thoante partem aliquam habere voluerint.

In BONIFACIUM sub Honorio Imp. Domesticorum & Africae comitem, Augustino familiarem: privatum communionem, quod hominem quendam morte dignissimum, confugientem ad Ecclesiam, inde abstrahi jussisset: eundem magna humilitate veniam implorantem, hominem illa sum confestim restituisse, ex Augustino repetit Spond. ann. 422. 2.

In THEODOSIUM Imperatorem. Exemplum decantatissimum Ecclesiasticae Dices, quod haut piget acu Erasmiانا pingere. Si quem insuper poetica juvat acus, adeat Bidermannum l. 2. epist. 2. p. 53. sic autem Roterodamensis ille Phoenix in epist. Nuncup. Ambrosii operibus praefixa. Ambrosius summa constantia suam tuens auctoritatem, ipsum etiam Caesarem Christo lucrifecit, ac pulcherrimum exemplum omnibus monarchis edidit, quanta sit Episcoporum dignitas, si modo vere sint quod audiunt. Nec dubito quin tales simus habituri principes aliquot, qualis fuit Theodosius, si tales haberemus episcopos.

scopos, qualis erat Ambrosius: & haberemus, opinor, nisi populi mores alienarent benigni Numinis favorem. Quoque magis liqueat quod dicimus, primam rem, deinde personas expendamus. Thessalonica quidam è comitatu Caesaris per populi tumultum fuerat interfectus. Caesar irâ dissimulata plebem ad ludos Circenses evocat. ibi repente circumfusa militibus inermi multitudine, promiscuè sevitum est in noxios juxta & innoxios, penaque non meritis est data sed furori. Id factum hodie justum videri posset. Quoties enim in bello trucidantur, quibus ex pacto deditiois erat promissa incolumitas? Quoties oppido capto sevitur propemodam atrocius in immerentes, quam in nocentes? & sevitiam excusat odium criminis. Hæc de re. Iam mihi cogita Ambrosium unius civitatis Episcopum, quæ tum, ut opinor, minus erat ampla minusque frequens quam nunc est, nullis aliis armatum presidis, quam quæ decet Episcopum, lingua, precibus, & vitæ sanctimonia. Ex adverso considera Cesarum illius temporis potentiam: cui si conferas horum temporum ditionem, eam duntaxat, quam Cesaris titulus addit electis (Nam Carolus & sine Cesaris titulo principum maximus est) rem vix seriam esse dicas: & tamen talis Episcopus talem Casarem ob precipitatum vindictæ jus ab Ecclesiæ foribus submovit, exprobrans crudelitatis immanitatem, docensque illum à consortio Christiani gregis alienum esse. Reversus est in regiam Cesar, agnoscens equissimum esse, ut Christi legibus cedat humanæ potetia fastigium. Ibi post sex menses mœrore lachrymisque transactos, per Ruffinum aulae præfectum agit, ut anathematis vinculo solveretur, quo saltem feriis natalitiis, nam instabant, biceret interesse. Nihil agit Ruffinus. Ipse Cesar impatiens non iræ, sed mœroris, adit Ambrosium, non in templum, ne iterum repelleretur, sed in locum, quem Greci domum saluatoriam appellant. Nam ibi forte tam sedebat Episcopus, expositus, si quis quid vellent consulere. Patienter fert objurgantem; nec prius absolvitur, quam præter solennem pœnitentibus satisfactionem, etiam legem adversus edictorum imperialium sevitiam pollicetur. Illico prodita lex, ut si qui per edictum Cesaris juberentur occidi, in tricesimum usque diem proferretur executio, quo spatium esset cognoscendi, locusque daretur vel Christianæ clementiæ, vel necessariæ severitati. mox posito regis Diademate, Cesaris personam exiit, pœnitentis suscepit, humi prostratus, ac lachrymis ubertim effusis, rigans solum, supplicii voce precatus est domini misericordiam. Cui hæc non viderentur in Casare plusquam satis? sed mane dam auditurus, (quod & invictam Epi-



scopi constantiam, & Caesaris non fucatam pietatem magis illustret) quum ex more manus detulisset ad altare, rediens constitit intra Cancellos. Id videns Ambrosius, per Diaconum percontatur, cur ibi moraretur. Respondenti, ut videam peragi mysteria: rursus misso diacono renunciavit, ut agnosceret suum locum: nam eum in quo consisteret, esse Sacerdotibus designatum. Purpura, inquit, imperatorem facit, Sacerdotem nequaquam. Quid expectas? ut Caesaris victa lenitas tandem excandescat? Nequaquam, verum excusat se, quod non in contemptum loci restiterit illic, sed quod quoniam Constantinopolim, etiam quum invitaretur, ut intra cancellos ex more consisteret, dum peraguntur mysteria, negavit se facturum, addens se neminem nosse, qui vere sciret Episcopum gerere, prater unum Ambrosium. Quid (ait Augustinus l. 5. de Civ. Dei c. 26.) autem fuit ejus religiosa humilitate mirabilis, quando in Thessalonicensium gravissimum scelus, cui jam Episcopis intercedentibus promiserat indulgentiam, tumultu quorundam, qui ei cohærebant, vindicare compulsus est, & Ecclesiastica coercitus disciplina sic egit poenitentiam, ut Imperatoriæ celsitudinem pro illo populus orans, magis staret videndo prostratam, quam peccando timeret iratam?

Idem Ambrosius excommunicavit MAXIMUM Imp. excommunicatione quasi negativâ, nimirum (uti interpretatur Spond. ann. 388, 5.) quod nec cum ipso voluit communicare, ob effusum ab eo sanguinem innocentem Domini sui: nec cum Episcopis ei communicantibus, quod essent partis Ithacianæ.

EUDOXIAM Augustam, ARCADIÏ Conjugem à Chrysostomo. Quod Imperatrix vineam abstulisset viduæ Theognosti cujusdam V. C. qui iniqua bonorum publicatione atque relegatione damnatus fuerat simul cum uxore & liberis: cumque monita restituere recusasset, eandem ab ipso Chrysostomo prohibitam fuisse ingressu Ecclesiæ. Excusavit autem apud Eudoxiam, se hæc minimè agere, ut ejus majestatem contemneret, sed tum ut viduæ omni destituta præsidio, ex divinarum legum præscripto præsto esset, tum etiam ut anima ipsius Augusta bene consuleret, quod præcipuum esset Episcopalis dignitatis officium, curæ prospicere animarum. hæc Spondan. ann. 401, 9.

In ipsum Papam VITALIANUM à MAURO Episcopo Ravennate, quem memorat Spond. ann. 669, n. 2. à Vitaliano Papa prius excommunicatum, quod ab ipso Romam vocatus causam

causam dicturus, adesse contempserit. Qui quidem Exarchi fretus potentia & amicitia, eo vesaniae progressus sit, ut in Vitalianum eandem anathematis sententiam recipiarit.

PAPÆA sive à Pontificibus Romanis evibrata, quorum chorum ducit VICTOR, qui (teste Eusebio l. 5. c. 24.) totius Asiæ Ecclesias, hisque finitimas, tanquam alterius fidei & opinionis, literis graviter objurgatas, simul omnes à communione Ecclesiæ secludendas edixit. vide Christeid. act. 1. pag. 237. 324, 482.

INNOCENTIUS, qui ARCADIUM Augustum & EUDOXIAN Augustam ob facinora in Joh. Chrysof. designata, hæc verborum formulâ ab Ecclesiæ gremio proscripsit, post Baronium repetita à Spondano ann. 407. n. 7. *Ego minimus & peccator, cui thronus magni Petri Apostoli creditus est, segrego & rejicio te, & illam, (hoc est, Arcadium & EUDOXIAM) à perceptione immaculorum mysteriorum Christi Dei nostri. Episcopum etiam omnem, aut clericum ordinis sanctæ Dei Ecclesiæ, qui administrare aut exhibere ea vobis ausus fuerit, ab ea hora, quâ presentes vinculi mei legeritis literas, dignitate sua excidisse decerno.*

SYMMACHUS adversus ANASTASIUM Imp. hæreticum anathematis sententiam profert, Spond. an. 502, 5.

VIGILIUS THEODORAM Augustam eliminat Spond. ann. 547, 5.

GREGORIUS II. Leonem Isaurum Constantinop. Imp. ab obedientia Romanorum & tributorum solutione excludit Ann. 530, 2.

GREGORIUS VII. Sanctus ille Sathan (uti eum vocavit Petrus Damian. laudatus à Corn. à Lap. ad Matth. 16.) Nicephorum Imper. Constantinop. excludit. Anno 1078, 4.

Idem HENRICUM IV. Imper. quod Ecclesiastica munera ac sacerdotia nundinasset &c. anathemate percellit una cum Sigefrido Archiepisc. Mogunt. Wilhelmo Episcopo Traject. & Roberto Episcopo Babenberg. Spond. ann. 1076, n. 3. vide Bullarium Rom. tom. 1. pag. 49. Eiusdem excommunicati licet partes constanter defendit Otto Episcopus Argentinensis, qui probitatis & religionis haud parva documenta reliquit, teste Er. Guille-

Guillemanno de Episcop. Argent. pag. 210. Is in summas angustias
 conjectus, in Italiam Canusium (ita epitomicè Aurel. Perusin. ad
 Ann. 1077. p. 760.) delatus supplex, pontificias extra edes nudis pedibus,
 sub dio, perfrigido anni tempore, jejunus ad vesperam perstitit. id cum ite-
 rum, ac tertio in cassum prestisset; quarto demum die admissus, ac Gre-
 gorij pedibus advolutus, anathematis tandem vinculis solutus est: condi-
 tione tamen adjecta, & cogenda apud Germaniam Synodo sisteret se, ac
 iudicium, objecta crimina dilaturus, subiret. Rem testatà Lambertus ejus
 temporis Auctor, Germanus homo, sueque gentis gloria studiosissimus fu-
 se tradit; quem consulere opera pretium erit. Vix alia unquam expia-
 tionis, ac Christiana pietatis species illustrior fuit, si perinde vera fuis-
 set, & non potius ad tempori inserviendum, ut res docuit, simulata.
 Horribile est auditu lectuve oraculum Pontificis super corpore
HENRICI Imp. quod Baron. an. 1109. 11. 7. memorat. Henri-
 cum, cum Romam peteret ad capiendam coronam Imperij, petisse per le-
 gatos à Paschali, ut sibi patris corpus sepelire liceret. Papam verò sic
 respondisse. Sanctarum scripturarum hic obsistit auctoritas, divinorum-
 que miraculorum reverentia prohibet. Ipsos enim Dei martyres jam in
 caelestibus positos id terribiliter iussisse, scilicet ut sceleratorum cadavera
 de suis basilicis ejicerentur.

Quo vero sensu Otto Frisingensis neget, ante hunc Imp.
 quenquam Caesarem excommunicatum fuisse, infra dicetur.
 Idem Gregorius cum audiisset Stanislaum Cracoviensem Episcopum
 à Rege Polon. Boleslao ipso in altari sacrum operantem fuisse
 trucidatum, Episcopi Gnesnensi ceterisque regni Episcopis edixit, regnum
 uti universum Ecclesiastico subjicerent interdicto. tum Boleslaum ipsum
 regio exiit nomine, ac jure; subditos verò eidem populos sacramenti reli-
 gione solvit: sacrilegij utcumque participes, culpaque affines, tum eorum,
 ad quartam usque progeniem, posteros honorum, ac dignitatum, Ecclesia-
 sticorum imprimis munerum indignos, atque exsortes pronunciavit. Gre-
 gorij literas secuta est ipsius Numinis ultio: quippe Rex impius, alter ve-
 luti Cain, emota statim mente, in insaniam lapsus, dum profugus omnium
 consortium exhorrescit, à canibus discerptus, voratusq; est, memorandum
 divinae ultionis documentum. hæc Aurel. Perus. an. 1079.

ALEXANDER III. FRIDERICUM Imp. ejicit.
 Refert Spond. ann. 1160. 6. ipsum una cum Episcopis & Cardinalibus, in
 Cæna



Cæna Domini apud Anagniniam, eundem Imperatorem tanquam Principalem Ecclesie persecutorem excommunicationis vinculo solenniter in-nodasse, & omnes ejus subditos; secundum antiquam prædecessorum con-suetudinem, à juramento fidelitatis ei præstito absolvisse. Confer Ann. 1168.

Idem in HENRICUM Regem Angliæ, ob cædem Thomæ Cantuariensis Episcopi, anathematis sententiã tulit. Quod ipsâ die quintâ sacræ hebdomadæ peractum est. quâ etiam tum solenni, ut nunc, ritu excommunicationes ferri à Rom. Pontifice consuevere. Aurel. Perus. ann. 1171. pag. 813.

HENRICUS II. (ita Corn. à Lap. ad Matth. p. 112.) Rex Angliæ, quia occasionem dederat cædis S. Thomæ Cantuariensis Ar-chiepiscopi, pœnitens, nudis pedibus venit ad sepulchrum S. Thomæ, ac in loco cædis ejusdem, prostratus in terram, ad pedes Episcoporum scelus suum cum lachrymis confessus, scapulas nudavit, ab eisque quinquies flagella-tionem suscepit; à singulis verò Monachis, qui numero erant 80. tres di-sciplinæ ictus subiit sub annum 1170. Quid nos delicati ad hæc? Quid abiit præscorum pœnitentia? Hac de causa, ibid. Romæ pœnitentiarij Pontificij virgam manu gestant, quia sunt judices Apostolici in Tribunali Conscientiæ. hæc Lapideus ille!

GOELESTINUS III. HENRICUM V. Imper. anathe-matis sententiã ferit. Spond. ann. 1195, 2.

PASCHALIS II. Gallorum Regem PHILIPPUM. Qui, postquam ab Urbano pridem ob illicitas nuptias anathemate, facti pœni-tens absolutus, auditâ Urbani morte, perinde ac si sacræ extinctæ cum eo leges fuissent, pellice in regiam revocata, Ecclesiastica iterum vincula ab-rumpit. ergò Paschalem haud mitiorem expertus judicem ac vindicem, anathemate iterum percellitur. Aurel. Perus. ann. 1100. p. 775.

INNOCENTIUS III. Ecclesie liminibus exterminavit OTTONEM IV. Imp. dum hic imperio erepta, ut Marchio-natum Anconæ, Romandiolam, Tusciam, Apuliam, Calabriam recupera-re niteretur, Papam adversarium accepit, excommunicatus fuit, & oppo-situs ei Fridericus Siciliæ Rex, à quo victus ac Imperio exutus, septennio post privatus obiit. Tanta morituri scribitur pœnitudo fuisse, quod se Ec-clesie opposuisset, ut coquinariis suis præciperet collum suum calcaneis premere, & se vilissimam Dei creaturam omnino supplantare. Sigon. l.



16. de regno Ital. confer Krantz. l. 7, 33. Boxhorn. hist. Univ. p. 764. Spond. ann. 1218. 7. qui addit ib. ex Thomâ Cantiprat. *testimonium apparitionis ejusdem Othonis pœnis purgatorij excruciatij, facta ejus matertera, quæ monasterio virginum præerat, certa quedam suffragia orationum & disciplinarum à diversis monasteriis efflagitantis: alteriusque post illa adimpleta, immensâ claritate fulgentis, & se à pœnis liberatum declarantis. Nec hoc mirandum monet Cantipratensis; quippe audisset ipse ab iis, qui diuturno ejus languori & morti interfuerant, eum singulis diebus dorsum suum exhibuisse sacerdotibus flagellandum.*

Audiendus hîc in contrariam partem HENRICUS Meibomius Hyperaspistes candidissimus, in suâ pro Ottone IV. Apologiâ p. 80, ubi inter alia: *Quæ vero ista insania? quis furor? supremum orbis Christiani monarcham, quem divina majestas Vicarium suum, imò Deum pronunciat, inaudito inter verè pios exemplo, infra omnes Dei creaturas abjicere? Vbi, viri literati, viri sapientes, Cranci, Sigoni, ubi, cum hæc scriberetis, frons vestra, pudor vester? Si de omni otioso verbo reddenda ratio, quam adferet mercedem hæc insolentia, hæc dicacitas? Ego nec Mercurio quidem logos istos garrienti fidem adjunxerim. Chronica Slavica satis habet de magnâ contritione dixisse, plura non addit, non enim ex veritate poterat. Vtinam autem infelix Imperator, animo & corpore ager, secum habuisset, qui ex limpidis Israël fontibus animo perturbato cumque tentationibus colluctanti, efficaces instillassent consolationes: quibus deficientibus, non potuit non persentiscere acerbos conscientie morsus, quos tantum aberat, ut superstitiosi rerumque sacrarum inopes & imperiti sacrificuli lenirent, ut novis injectis laqueis animum agrum amplius excarnificarent.*

Idem Papa in JOHANNEM Regem Angliæ & LUDOVICUM Regem Franciæ sæviit. Spond. ann. 1210, 4. anno 1216, 2. Paulò fufius hanc tragœdiam excommunicatoriam è Westmonasteriensi & Matthæo Parisio, historicis Anglis papifimo addictissimis, cum crisi descripsit Molinæus in Hyperasp. advers. calumn. Sylvestri Petra sancta c. 27. his verbis. *Cum Johannes Rex Angliæ, vir hebes & bello infelix & à suis contemptus, indignaretur, quod Innocentius III. contra morem & inusitato exemplo creasset Episcopum Cantuariensem se inconsulto, scripsit ad Papam literas minaces, & mox immisis militibus Canonicos Cantuarienses malè multavit.*

tavit, & Angliã expulit. Ibi Papa versutissimus, cui nota erat hujus regis imbecillitas & imprudentia, illico Angliam supponit interdicto, & totam gentem excommunicat: jussitque claudi templa, campanas tacere, rem sacram toto regno suspendi, baptismum & missas cessare, præterquam paucis in locis in gratiam eorum qui in Regem rebellarent. Cadavera vero vetuit cœmeteriis inferri, neque enim gentem profanam debere in terra sancta sepeliri. Mox etiam in ipsum regem Anathemate detonuit. Anglos vero liberavit à Sacramento fidelitatis, Et pronunciavit Iohannem regno excidisse: Deditque regnum Angliæ Philippo Augusto Gallie regi potentissimo & bellicosissimo, idque ad remissionem peccatorum Philippi. Quæ quidem conditio mirifica est, obstringere aliquem ad cedes & rapinas, & ad invadenda aliena bona, ut assequatur remissionem peccatorum. Veluti si Papa diceret alicui, non aliã conditione tibi remittentur peccata, quàm si sis sceleratus, & ferro ac flammã invadas alienam possessionem. Placuit conditio Philippo, erat enim si quisquam alius bellandi cupidus, & ampliandi regni sui pomœria. Ergo ingenti classe instructa excursionem in Angliam parat: quæ Papali interdicto perturbata, patiebatur res nunquam Anglis auditas nec visas. Iacebant passim per vias publicas cadavera insepulta: Erat Iohannes exosus Anglis, præcipue verò clero quem expilaverat: Et Philippi adventus magna cum formidine expectabatur. In his angustiis Iohannes, ingenti pecuniã redemit pacem ac Innocentio: Quin & regnum Angliæ & Hiberniæ dono dedit Innocentio, ea lege, ut ipse hoc regnum teneret ut vasallus Papæ & feudatarius: & hoc nomine, in subjectionis pignus, præter Petri denarios, quos Angli dependebant Papæ in capita, mille marcas sterlingorum quotannis penderet Papæ, & de suo regno faceret homagium Legatis Papæ. Quæ de re diploma confectum est, & sigillo regis firmatum, additã hac clausula, Iohannem Regem &c. transegisse cum Papæ, sponte & proprio motu & inspiratione Spiritus Sancti. Mox præstitit Legato Papæ homagium, posita ad ejus pedes auri massa, quam superbissimus homo, factus ad heri sui mores, pedibus conculcavit. Hoc factò, idem Legatus illico trajecit in Normanniam, relinquens Angliam sub interdicto, & Regem sub excommunicatione. Statim ut in Normanniam appulit, adit Philippum Regem, jubetque eum absistere incepto, & exercitum dimittere, vetans solvere in Angliam, quandoquidem Angliã facta esset patrimonium Petri & feudum sedis Romanæ. Disrumpebatur Philippus irã, videns post tantos



sumptus factos in conscribendo exercitu Papa instigante, & promittente remissionem peccatorum, se ludibrio haberi, & praedam cui inhiabat sibi eripi. Nec sumptus factos Papa iubente, refundi à Papa & restitui. Quem ut placaret Innocentius, ad eum misit dono, minutulas quasdam gemmas virides, rubras & caeruleas: quæ cum essent nullius pretij, eis tamen pretium accesserat ex mystica benedictione Papæ, qui in literis ad Philippum, super coloribus & significatione gemmarum prolixè philosophatus est. Sic Papa insultabat capitibus regum, & quasi fatuus os oblinebat. At in Anglia crescente indies tyrannide, & Papa mille artibus expilante clerum & populum Angliæ, Rex discruciabatur animi. Tum Barones & proceres, & Episcopi Angliæ, videntes regnum Angliæ turpiter mancipatum indignæ servituti, regem flocci facere, & naso suspendere ejus imperia, & Pontifici maledicere. A quibus Iohannes redactus ad extremas incitas, misit Legatos ad Amiralium Marmelinum Mahumetanum, Baticæ & Mauritaniæ Regem, offerens ei dono Angliam, ut ejus ope quacunque ratione à Papa tyrannide liberaretur. Sed cum hoc negotium non procederet, & Rex Mahumetanus donum respueret, miserimus rex, magna vi auri impetravit ab Innocentio, ut Episcopos & Barones Angliæ moveret communionem Ecclesiæ, & vibraret in eos fulmen excommunicationis, non tantum confertim & in turba, sed etiam nominatim & in singulos. At Barones indignati & oppedentes contra hæc bruta fulmina, dixerunt (ut refert Matthæus) quod non pertinet ad Papam ordinatio rerum laicarum. Ut quid ad nos se extendit Romanorum insatiata cupiditas? Quid Episcopis Apostolicis & militia nostra? Ecce successores Constantini non Petri, &c. Proh pudor! marci di Ribaldi, qui de armis & liberalitate nihil norunt, jam toti mundo propter excommunicationes volunt dominari, ignobiles usurarii & Simoniani, &c. Mox accito Ludovico filio Philippi regis Franciæ, qui Papam invito & reclamante trajecit in Angliam, bellum intulerunt Regi Iohanni. Dicebat enim Philippus, Regnum Angliæ patrimonium Petri, vel Ecclesiæ Romanæ nunquam fuit, nec est, nec erit. Et si Papa hunc errorem tueri, allectus novæ dominationis libidine, concumaciter decreverit, exemplum omnibus regnis dabit perniciosum. Ad quas Regis voces Principes & proceres Galliæ frequentes uno ore sententiam sui Regis comprobarunt, & professi sunt se pro ejus defensione velle vel mortem oppetere. Irritatus Innocentius dirum Anathema in Ludovicum intorsit, & cum Baronibus Angliæ pari excommunicatione eum involvit. Philippum
vero

vero Ludovici patrem, quo authore hæc à Ludovico gerebantur, non ausus est attingere. At Ludovicus indignationem Papalem nihil moratus, adjuvantibus Baronibus Anglis, Iohannem magna regni parte exiit: quod factum est multo cum sanguine & strage populorum, & urbium direptione. Donec Iohannes fugitans, & non habens ubi consisteret, nihil inveniens opis in Domino suo Papa, ex angore animi mortuus est. Sub hoc Rege jacuit Anglia sub interdictione & excommunicatione Papali per annos sex & aliquot menses, quo tempore quã multe hominum myriades in amplissimo regno vitam cum morte cõmutarint, facile est aestimare. Si aliqua est vis excommunicationum Papa, hi omnes sententia Papali præcipitati sunt in flammam inferni, idque non ob hæresim nec ob ullum crimen, sed ob civiles controversias Regis & Baronum cum Papa. Hic Iohannes Henricum III. filium, natum sub servitute, reliquit heredem, qui quidem titulo tenus Rex fuit: homo vecors & ignavus, sub quo officia Ecclesiastica & civilia ab Italistenebantur, qui ut hirudines exugebant populum Angliæ usque ad medullas. Eratque tunc Anglia instar vineæ, quam apri depascebantur. Ei successit Eduardus primus, princeps bellicosus & prudens: qui indignè ferens regiam coronam tam turpi servituti esse mancipatam, Italos Angliã expulit, mancipia Papæ malè multavit, pacta à Iohanne inita cum Pontifice rescidit. In quem, quia amabatur à subditis, Papa non ausus est stringere fulmen excommunicationis, nec contra eum hiscere. Fulmina imitantur Dei naturam, qui ea torquet: frangunt enim dura & obnitentia, at mollia & cedentia leviter lambunt aut relinquunt intacta. Non sic Papæ fulmina; Cedentes enim & ignavos proterunt, at magnanimos & spernentes sonora sed debilia huius Vejovis fulmina, vel non attingunt, vel si attigerint non ledunt: Eorum enim vis constat sola opinione populorum, & errore communi. Quod si quis Deum timens & amans, perstringitur hoc fulmine, inde placidius dormit, & hanc injuriam computat inter Dei beneficia, & amoris ejus indicia. Cujus rei insigne exemplum habemus in Philippo pulchro Rege Gallie. Qui cum collationes beneficiorum & præbendarum invito Bonifacio VIII. sibi vendicaret, nec vellet cedere jure à majoribus accepto, & scripsisset literas ad Bonifacium plenas sarcasmi, quibus eum fatuum & dementem appellabat. Quin & per Sarram Columnensem Bonifacij inimicum & Nogarætum Gallum, Bonifacium Anagninæ oppressisset, & captivum abduci Romam curasset, ubi ex iracundia diem clausit: Expectabatur, ut Bonifacij successores Philip-



pum diro Anathemate & fulminibus ambustum, precipitarent in Tartarum. Sed secus accidit. Nam Benedictus XI. paucis post Electionem diebus, amplissimo diplomate iussit Philippum sibi habere jus à patribus acceptum, & penes eum esse collationem beneficiorum & prebendarum. Sic autem incipit. Benedictus Episcopus, servus servorum Dei, charissimo in Christo filio Philippo Regi Francie illustri salutem & Apostolicam benedictionem. Eodemque diplomate rescindit acta Bonifacij ut injusta. Quo Benedicto intra paucos dies sublato, Clemens V. condidit Extravagantem Meruit: ubi Philippo blanditur, eumque summis laudibus evehit. Meruit (inquit) charissimi filij nostri Philippi Regis Francorum illustris sincera affectionis ad nos & Ecclesiam Romanam integritas, &c. Nempe Regem amatum à suis & bello. ac pace florentem periculum erat attingere. Quapropter dignus fuit misericordia & Apostolica benedictione. Sed si ejus res fuissent angusta, aut si implicitus fuisset bello civili, Papa insultasset supplici, & Gallici regni coronam turpiter proculcasset aut ad alium transulisset. Facile Papa ignoscit eis, quos non potest punire. Hæc omnia cum crisi Molinaus.

JOHANNES XXII. LUDOVICUM Bavarum Imp. prolata in eum sententiâ excommunicatoriâ, declaravit contumacem, & omni jure regni & Imperii, si quod sibi ex sua electione competere potuisset, privatam: reservatis aliis pœnis in eum infligendis, si deinceps se regni vel Imperij administrationi immiscere, vel supra dictos hereticos & rebelles fovere præsumeret. Ipsi insuper diem dicens in Calendas Octobris, sententiâ super aliis pœnis audituro. Omnibus Imperij subditis tam Ecclesiasticis quam secularibus, ei quocunque modo obedire, aut opem vel favorem præstare, Imperatoremque dicere vel nominare gravissimis pœnis prohibens. Eamque sententiâ Avenione publicatam, alibi etiam ubique per Germaniam, Italiam, aliaque regna, promulgandam Prælati direxit. hæc Spond. ann. 1324, n. 3. Bullam edidit Aventinus, Repetiit Boxhorn. p. 829. 841. Memorabilis est apologia pro Ludovico Augusto, cum Prisca, scripta Ann. 1324. sub titulo Defensoris pacis adversus usurpatâ Rom. Pontificis jurisdictionem à Marfilio Patavino, cujus etiam mentionem facit Jacob. Regio villanus seu Königshofen Sacerdos erat olim Argentinensis in seculo XIII) In disen syten (anno 1324.) ward das Buch gemacht Defensor pacis, das bewiset mit der H. Schrifft, das ein Bobest soll sin vnder einem Keiser, vnd bewiset auch des Bobestes vnd der Cardinal grât vnd

und Hoffart und Simonie: tum recentior Maximiliani Electoris Ba-
varici per Iohan. Georg. Hervvartum ab Hohenburg contra Abrah.
Bzovium Dominic. injuriarum postulatam, quæ extat in append.
tom. XIV. annal. Bzov. Frontem perfricat Spondanus, cum post
illam tam accuratam apologiam adhuc in Ludovicum pro Jo-
hanne debacchari ausus est, ad Ann. 1324, 3, 4. Ann. 1329, n. 2. ann.
1330, n. 2. præcipuè ann. 1347. 6. & seq. ubi omne in innocentissi-
mum caput virus effudit. Quid in hoc dramate Argentinenses
Cæsari suo devoti egerint, idem Jacob. de Kônigshoven in
Chron. Germ. tradit p. 218. In den ziten/do Keiser Ludewig von
Peigern verbannen wart von dem Bobeste / vund sîngen verclagen
wart in allen steten. do man in vor einen Keiser hette. vnd die Au-
gustinere vnd viel ordene worent one sîngen / vs 17. ior. Die Bredigere
re sungent an der ersten vil jore wider des Bobestes breve. Vnd hin-
den noch woltent sie nit me sîngen. Do sprachent die von strosburg.
sit daß sie hettent vor gesungen / so soltent sie ouch fürbas sîngen / oder
aber vs der statt gon. Do sûrent sie aber vs der stat / vnd ließent ir Clo-
ster lere ston / wol vierdehalp ior. id quod etiam laudat Zuer. Box-
horn. in hist. Univ. pag. 832. *Dominicani modo Cæsaris, modo Ponti-
ficis, quocunque utilitas invitabat, rebus studebant. Argentorati, quod
diu publicè rem divinam fecissent, demum pecunia coëmpti detrectarent,
urbe pulsi sunt.*

NICOLAI Fulmen in Rempubl. *Argentoratensem* à Jo-
hanne Episcopo Tusculano jactum obscurius innuit idem Jacob.
de Kônigshoven l. cit. Do men zalte nach Gotz geburte 1277. ior.
do meindent die bredigere / sie hettent brieve von dem bobeste / daß sie
môchtent ire Vatter vnd mûrer / vnd fründe erben / also ob sî nit mîn-
che worent. Do woltent die burgere von strosburg / daß die bredigere
soltent sich dîrre brieve verzihen / vnd soltent sich verbinden gegen der
stette zu haltende etliche ding / die men do zu mole an sie vorderete. Dis
woltent die bredigere nit tun / vnd zogereent alle miteinander vs der stat
strosburg mit irme cruce vs den phingestag / vnd ließen ir Closter /
vnd Kirche lere ston vnd beschlossen / vnd worent drû ior vs der stat.
Die zwûschent dorent die von strosburg / vnd die bredigere / vmb alle
mîsschelle einen anlos an Herrn Cunrat von Liechtenberg / den bischof
von strosburg. Der sprach den anlos vs vnd urteilte / daß sich die
Bredi-

Bredigere nüt möchten mit Gotte/ vnd mit rechten verbinden / zu den Dingen/ die man an sie gevordert hette. Da fur her Clauwes Zorn von der fette wegen zu den bredigern/ vnd furte sie herlichen wider in die stat. Clarius omnia expressa servat Archivum Argentorantense, ex quo patet Joh. Episcopum Tusculanum Civitatem Argentinensem ob causam indicatam subjecisse interdicto: Nicolaum Papam imperasse Episcopo Wormatiensi, ut, cum jam Argentina triennium sub banno fuerit, nec tamen resipuisset, brachio seculari implorato, eam in ordinem cogat.

CLEMENS VII. in HENRICUM VIII. Regem Angliæ diras sacras præcipitavit, deploratas à Spondano Ann. 1534, 4. p. 422. *Sicque facta est plaga illa magna, quâ jam à centum sex annis innumera miserarum animarum millia in infernum præcipitata fuere. Quantum illis & universæ Ecclesiæ conduxisset, non sex dies, (uti cupiebat Bellajus Episcopus Paris.) sed sex annos expectasse! Verò iudicia Dei abyssus altissima: vide Bullar. Rom. tom. I. p. 514.*

PIUS V. ELISABETHAM Reginam Angliæ. Is Nicolaum Mortonum Anglum S. Theologiæ Doctorem, unum ex iis presbyteris, qui penitentiis indicendis Romæ præerant, in Angliam misit, ut nonnullis illustribus & Catholicis viris auctoritate Apostolicâ denunciaret Elisabetham hereticam esse; ob eamque causam omni dominio & potestate, quam in Catholicos usurpabat, jure ipso excidisse, impuneq; ab illis velut Ethnicam & publicanam haberi posse; nec illos ejus legibus aut mandatis deinceps obedire cogi. Quâ denunciatione multi eorum commoti, collatis tacite inter se consiliis, conjurationem in Reginam pro fidei restitutione inierunt; Hæc post Sanderum, Spondanus ann. 1569, 8, & anno sequenti 1570. Idem Pius V. ad arma justitiæ contra eam de necessitate recurrere coactus, de Apostolica potestatis plenitudine, per constitutionem quinto Calendas Martij hujus anni, ipsius Pontificatus quinti, conditam; prædictam Elisabetham hereticam, & hereticorum fautricem, eique in prædictis adherentes, anathematis sententiam incurrisse, esseq; à corporis Christi unitate præcisos, quin etiam ipsam prætenso regni Angliæ jure, nec non omni alio quocumque dominio, dignitate, privilegioque privatam declaravit; ac proceres, subditosque omnes dicti regni, à quocumque juramento fidelitatis & obsequii debito absolvit; anathematis vinculo iis proposito, quicumque deinceps ejus legibus & mandatis obedire auderent. Idem postea
in ear-

in eandem fulmen emisit SIXTVS V. vide Bullar. Rom. Tom. 2. pag. 229.

SIXTVS V. HENRICUM IV. Navarrae &c. Sollicitationibus, quae apud Gregorium, mitioris ingenij virum, locum invenire non potuerant, patulas aures praebens; ut erat fervidiori Zelo, & magni nominis appetens: HENRICI Regis Navarrae, & alterius Henrici ipsius patruelis Principis Condeum, Borboniorum, heresis Calvinianae coryphaeorum, causam examinari iussam, eosdem edito diplomate quinto Idus Septembris, cui una cum ipso subscripserunt viginti quinque Cardinales, anathemate perculit: eò quòd cum errores in quibus enutriti fuissent, semel abjurassent, missis eam de re oratoribus ad Gregorium Papam, rursus in eos relapsi essent; seque ceteris iisdem erroribus infectis duces praebuissent; arma contra Regem & religionem tulissent, & cultum antiquum ubique profligassent; adeò ut eorum correctio desperata esset. Unde & Navarum omni jure, quod in regno Navarrae sibi competere contenderet, & illam partem ejus quam occuparet, simul & Bearnii principatum; Condeum, & utriusque successores, omni principatus & dignitatis jure, in perpetuum excidisse, indignosque esse, qui in ullum principatum, ac speciatim in regnum Franciae succederent, pronunciavit; subditosque omni obsequij sacramento solvit. Regem verò Francorum hortatus est, ut memor jurisjurandi, in inauguratione praestiti, de omnibus haeresum atque sectarum seminibus extirpandis, hanc sententiam executioni demandari juberet; omnibusque Archiepiscopis injunxit, ut eandem per regnum publicari curarent. haec Spond. ann. 1585, 17.

PAULUS V. Rempubl. VENETAM. Cum hac Republica, inquit Spond. ann. 1606, 2. severius agens, ob leges à Senatu latas; quibus in ordinem Ecclesiasticum sibi potestatem in quibusvis delictis arrogaret; ac fundos praediaque, & alia stabilia bona Ecclesiis addici, & donatione aut testamento relinqui, vel ab iis ullo titulo acquiri, sacrasque ulla aedes, atque etiam Xenodochia edificari, absque Senatus permisso vetasset: postquam saepius monitus Senatus minime satisfaceret, quinimò licite id à se fieri posse absque ulla religionis aut immunitatis Ecclesiasticae lesione contenderet: demum 17. Aprilis diploma ad omnes Praesules ditionis Venetae ab iis publicandum direxit; quo nisi intra 24. dies Senatus satisfaceret, Ducem & Senatum excommunicatos declarabat, totamque ditionem Venetam interdicto supponebat. Videnda hic acta & scripta varia de

E

Contro-



controversiâ memorabili inter Paulum V. Pontificem Max. & Venetos edita anno M DC VII

Hæc hæctenus fulmina in Reges detonuere. memorantur & alia in Basilicâ dignitate inferiores. Anathematizatio scil. Dioscori Diaconi Romani post obitum à Bonifacio II. emissa, à successore Agapeto soluta. Spond. ann. 530. 1. Ita Agapetus Papa plenitudine potestatis usus minimè servata ordinariâ formâ Iudicij, nec congregato, ut moris erat, concilio Anthimum Episc. Constantinopolitanum damnavit Spond. ann. 536, 5. LEO X. LUTHERUM à sua abscidit Ecclesia Anno M DC XXI, novâ in eum constitutione editâ, quâ (ita Spond. ann. 1521.) recitatis, quæ priori decreta fuissent, non solum ipsum hereticum esse declaravit; verum etiam eos omnes, cujuscumque authoritatis, dignitatis, vel conditionis, qui ei patrocinati essent, aut favorem, consilium, auxilium præbuisent, veluti & ipsos hereticos, in pœnas aut censuras à canonibus in hereticos inflictas, & alias quascunque in priori decreto contentas, incidisse declaravit; eosque pro excommunicatis, anathematizatis, maledictis, interdictis, omnî honore, dignitate, bonisque privatis, & ad illa inhabilibus, unâ cum ipsorum descendentes, ubiq; denunciari, & ab omnibus vitari mandavit.

Omnium denique dirarum dirissima est Bulla de cœnâ Domini, quotannis die Jovis ante-paschali solenniter enunciata: illâ enim die Papa sedens in throno eminenti, ante Petri palatium, habens ad dextram & ad sinistram aurem duas caudas pavonum ad abigendas muscas, pronuntiat per duos Cardinales Diaconos ei assistentes, celebrem illam Bullam de Cœna Domini. Inter alia in hâc Bullâ hæc extant: Excommunicamus & anathematizamus, ex parte Dei Omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac Nostra, quoscunque Hussitas, Wiclephistas, Lutheranos, Zvvinglianos, Calvinistas, Vgonottos, Anabaptistas, Trinitarios, & à Christianâ fide Apostatas, ac omnes, & singulos Hereticos, quocunque nomine censeantur, & cuiuscunque sectæ existant, ac eis credentes, eorumque receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defensores: ac eorundem libros heresim continentés, vel de Religione tractantes sine Auctoritate nostra & sedis Apost. scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodo libet defendentes ex quavis causâ publicè, vel occultè, quovis ingenio,

vel



vel colore, necnon Schismaticos, & eos, qui se à nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahunt, vel recedunt. vide Tanner. tom. 4. disput. 6. q. 10. dub. 4, n. 69. &c. Hâc bullâ Regem Galliaë quotannis excommunicari demonstrat Molinæus in hyperasp. advers. Sylvestr. Petr. Sanct. c. 12. pag. 497. Etenim inter alios excommunicantur, quicumq; exigunt à clero decimas, taleas, præstantias & alia onera, absque Romani Pontificis speciali & expressa licentia. Ibi quidem non nominatur Rex Galliaë, sed actio, quæ ei est usitata, exprimitur. Atque ut scias regem peti, & Papam in regnum Galliaë digitum intendere, in eadem Bulla percelluntur diro anathemate, quicumque admittunt appellationes à gravamine, quas Galli vocant appellationes ut ab abusu, quæ in Gallia non sunt infrequentes: per quas, qui conqueruntur se injustè opprimi in foro Episcopali, provocant ad iudicia secularia. Quin & Excommunicatione decima quarta ejusdem Bullæ disertè nominantur Parlamenta, Cancellarij & Consiliarij, qui ad se trahunt causas Spirituales, id est, quæ sunt clericalis aut Episcopalis cognitionis, quamvis agatur de pecuniis, & damnis civilibus. Quibus verbis non obscurum est designari iudices ordinarios regni Galliaë, hæc enim nomina hoc sensu in sola Gallia usurpantur. Ac ne quis putet in hac Bulla reges excipi, adduntur in eadem pericope hæc verba, quorumcunque Principum secularium, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunque præfulgent dignitate. Addit Crispius idem Molinæus Est ergo quod miremur tantam in Regibus patientiam, quos cum Papa quotannis publicè diris devoveat, & Anathema, quod est in Ecclesia Romana maximè solemne & atrox, in eos contorqueat, eum tamen tam impensè colunt, nec postulant, ut clausula istius Bullæ, quæ eos directè feriunt, expungantur. vide Bullarium Rom. editum a D. Angelo Maria Cherubino Monacho Cassin. tom. 1. in Jul. II. p. 382. in Paulo III. p. 522. & ibid. tom. 2. in Greg. XIII. p. 348. tom. 3. in Paulo V. p. 183. Non hic omittenda mutua Excommunicatio GRÆCO-LATINA sicut Patriarcha Constantinopol. quotannis in Dominica Invocavit Pontificem Rom. cum totâ suâ Ecclesiâ Rom. solenni ritu excommunicat. (Verba Cauci in hæresi 6. repetit Leo Allat. l. de P. C. l. 3. c. 17. p. 1328. Græci negant, Romanam Ecclesiâ, & caput omnium Ecclesiarum suâ vero illi proponunt & propterea Romanum Pontificem, Præsulesq; omnes Latinos, in die Cæne Domini anathematizant, tanquâ hereticos & schismaticos



maticos. Idem ibid. recitat illud è quodam fynaxario, *confundantur qui in Sacrificio Azymum offerunt; Et illud Hieromonachi ibid. p.132. Tanquam impios Latinos anathemati ab Ecclesia dedi.*) Ita contra vicissim Græci à Latinis excommunicati præsertim ab Apocrisiariis Leonis IX, qui inter Missarum solennia, (ita Leo Allat. dissert. 2. p.160.) in templo Sanctæ Sophia, chartam illius excommunicationis, propter multas dicti Michaëlis, illiusq; fautorum hereses, super principale altare posuerunt, sub oculis omnium Papæ Leonis noni Apocrisarij, indeque mox egressi pulverem pedum excusere, & anathemate dato cunctis, qui deinceps communicarent ex manu Græci Romanum sacrificium vituperantis, alacres cœpere reverti, ex commemoratione ipsius Humberti tunc Apostolici Apocrisarii. vide epistolam Innocentii Papæ ad Johannem Patriarcham, repetitam à Bzovio anno 1199, n.4. Unde Gretserus in disput. de variis cœlis, Græcis tribuit peculiare cœlum, quod vocat *cælum Græco schismaticum.*

Superest PLEBANA Excommunicatio, eaque *privativa*, qua Johannes Hierosolymitanus, Paulus Samosatenus, Synesius Ptolemaidis, Georgius Cappad. Arsacius, alii repulsam à plebe tulere. Vide D. Hulsem. de Corrept. fratern. & Excomm. pag. 259. & seq.

Ad calcem appono ludum excommunicatorium in theatro Argentinensi actitatum ab anno 1454. usque ad ann. 1458, alibi quidem publicè ac ore enarratum, nunc, cum in præsentem historiam haut importune quadret, repetitum. Par seculorum justum effluxit, cum Urbem nostram Argentinam, exitialis pestis maligno afflatu afflixit, ULTIMUM VALE, id enim monstri nomen fuit. Dictum non defunctis, sed acceptum, & extortum ab animarum pastoribus curatis & parochis plebanis è funeribus defunctorum. Eò enim impudentiæ avaritia Cleri inexplabilis tunc ascenderat, ut nullum lucrum vel è lotio turpe videretur. *Quorum hominum, dicam cum egregio Auctore Sidonio Apollinani, si nares afflavit uspiam rubiginosi aura marsupij, confestim vidisses & oculos Argi, & manus Briarei, & spyngarum unguis, & perjuriam Laomedontis, & Vlysis argutiās, & Sinonis fallacias & fidem Polymnestoris & pietatem Pygmalionis adhiberi.* Lex mysterii hæc fuit: *Corpus hominis mortuum extra adem ac Ecclesiam parochialem nuspiam*

nuspiam sepulchro mandetur, neque in templis, neque in cœnobiis, neque in capellis: non permittatur domo efferrî, nisi soluto ultra portionem Canonîcam certo & numerato lytro precioque à decem usq; ad quinquaginta pluresque florenos pro re defuncti seu splendida seu sordida, juxta ordinationem Sicli sanctuarij clericalis & licitatorũ sacrorum: Qui non habet in ære solvat ex alieno, emendicato & ostiatim quæsito. Nam nec pauperibus est parcitũ, sed ab iisdem vectigal exequiale strenuè exactum, quorum cadavera non raro prius insepulta computruere, quam ex eleemosynis numerata pecunia potuit redigi.

Dixi ultra portionem canonîcam! ô flagitium sacrum, jure tamen canonico indultum! *sepulturam*, (ita sonant verba indulti, apud Corvin. in Jure Canon. per aphorism. explic. l. 2. t. 27. p. 127.) *si quis in locis religiosorum ordinum aut predicatorum, elegerit, eam illi concedere possunt, modo quartam partem funeralium omnium & quarumcunque obventionum sibi relictarum, ac omnium, de quibus portio canonica alioquin esset detrahenda, parochia Ecclesie solvant.*

Indignissimè tulère hanc sibi prædæ partem tam lautam perire, in quam ut harpyiæ jamdum involaverant quatuor ordines ambitiosissimè mendici, Dominicani, Franciscani, Carmelita, Domine nostræ Fratres dicti, & Augustiniani, cœlibes omnes minimè tamen cœlites; sanctimonîæ specie, precum alazoniâ, favores Magnatum aucupari, eorumque occupare aures docti; polypragmones, ac metere ausi, ubi sementem non fecissent. Hi ut agrè facerent parochis à recepta hæctenus in Synagogâ Romanâ Doctrinâ longè devii, sequentes tueri theses capere. *Confessiones privatas ad aurem factas* (nam Confessiones hujusmodi casses fuere, quibus & aures & auras & aurum sunt venati, imò hæ pomum eridos, totiusque tragœdiæ prima semina) *non esse astringendas ad hanc illamve ædem parochialem; sepulturas liberis esse debere, & quocunque locorum sacrorum gratis (gratis tamen) concedendas; sacerdotem in mortali constitutum non posse à peccatis absolvere, cum ligatum ligatis solvere nequeat; excommunicatione corpus ligari, non animam; Monachorum pro aliis supplicationes & absolutiones esse efficaciores, quam plebanorum Curatorum. Minus peccare monialem scortantem cum Monacho, quam cum alio; Professores in Academicis Teutonicis (ubi scil. plebani consilia exquisiverant) esse as-*



nos & beanos. Italos contra, Hispanos, Gallos, Anglos præcellere. Ita spiritus datus, locusque gliscenti sub cineribus igni. Erupit flamma in incendium; armantur in prælia fratres intestina.

Dum canis os rodit, socium quem diligit odit! Excandescunt parochi, ringuntur, frendent: convitia in monachos jaciunt, hæreseos poscunt, declamitant plenis tibiis in eos palam in suggestibus; Monachi nihilo segniores, reclamant, reboant, probra probris, dicteria dicteriis, salibus sales, insulsis insulos remunerantur; sylvam laceffunt clamoribus, echo remugit è novem tunc suggestibus parochialibus. Luditur utrinque de ovium & lanâ & corio: ambiuntur patrocinia.

Magistratu secundiori videntur usi Monachi, simplicitate illius abutentes; parochi contra favores Capituli cathedralis colligunt. Rem deferunt ad Archiepiscopum Moguntinum Metropolitanum Dietericum, accusant Magistratum Argentinensem, ansam præbent concilio Aschaffenburgensi provinciali à Dieterico coacto.

Quid interna Nobilissimus Reipubl. Magistratus? Lupum auribus tenet; sub jugo & angariâ plus quam Ægyptiaca onera gerit, gemitque: monet plebanos, à novitate ut desisterent, obtinet desistendi promissum, tributim propalatum, at malignè à pollicentibus præstitum, revocatumque. Igitur legationem ad Archiflaminem Romanum adornat, qui tunc erat Calixtus vel Callistus Tertius, emissa, post oscula putrium illorum, vectigalis è funeribus pudendi ac intolerabilis relaxatione supplex rogat, nec omnino furdo canit fabulam. Pontifex non quidem pro nomine suo *re. M. 15. G.*, sed nec pessimus, facilis admissione, scientiâ juris eruditus, insignis auræ popularis maximè Germanicæ, cui studebat, captator (jamdum querulæ de expilatione auri Teutonici sub coloribus belli Turcici emuncti) nactus parasitum, qui ulcera lingeat, Aeneam Sylvium, aliàs auctoritatis suæ papalis, ruat licet orbis, tenacissimus; is commissarios designat, Johannem Cardinalem, tituli S. Sixti, Marcum Episcopum Chrysopolitanum, & qui solus apparuit, Nicol. Rossen: quo definitore sancitum, ne quis plebanus in posterum supra portionem Canonicam quicquam è funeribus auderet exposcere, licitari, accipere sub

vide Bzov.
anno 1458.
tom. 17.
Spond. an.
1457, 4.

re sub S. fulminis comminatione, cui *Iohannes Creuzerus summæ templi parochus*, primus fortasse Argentinensium Concionator, (nam sub Roberto, qui tunc erat, Episcopo demum cœpisse officium concionandi, auctor est *Guillemannus de Episcop. Argent. p. 425.*) atque hinc ob suadæ dulcedinem & vitæ externæ sanctimoniâ à plebe præsertim fœmineo sexu pro sancto viro habitus, reclamatur, ad Pontificem appellatur, interim contumaciam *anathemate à Commissario* inflictio luit. Ducitur ita bellum sacrum, non sopitur. Magistratus novâ legatione ad Pontificem institutâ, consecutus est in irritum ut revocaretur appellatio, valeret Nicolai Rossenii decisio: Executor constitutus prænominatus Cardinalis S. Sixti, unâ cum *Abbatibus Gengebacensi & Ebersmonasteriensi*. Contra Episcopus Argentinensis Robertus flagitiis, quæ *Wimpfelingus in Catal. Episc. Argent. p. 108.* haut dissimulare voluit, infectus, plebanorum Patronus, novâ interpositâ appellatione, Creutzerum in fontem pronunciat, *ac anathemate solvit*; astite inque suppetias veniente Parocho Thomanus, qui apologeticâ concione pro Creuzero habitâ, tanquam Viro bono, qui quod exemplo vitæ & doctrina plurimos à peccatis ad meliorem mentem revocasset, Sathane sit invisus, in mendacia & subreptiones Monachorum è suggestu debacchatus, affirmat: *Pontificis bullâ esse tanti curandâ, quanti lupus numerum curat: nullitatis eam vitio laborare, quod non à parocho aliquo, Episcopali auctoritate freta, uti fieri oportebat, sed à Monacho è suggestu fuisset publicata: Creutzerum non esse sub anathemate, si vel è celo veniret Angelus, & diversum predicaret, fide non fore dignum.*

Impunius & confidentius potuisset Bonus ille Thomanus declamitare, si, Sophistarum, ac ut vocant Casistarum novitiorum scivisset effugia, Martini Becani, & Antonini Dianæ, quorum de sententia leges Synodicae & bullæ papales non obligant, nisi ubi & cum sunt receptæ.

Becan. tract.
3 deleg. c. 6,
n. 4. Diana
tom. II. tr. 2.
resolut. miscell. 69.

Conquestus præterea ex eodem ambone Monachos malam gratiam referre Parochis, quorum ope apud *subditos* (itâ enim eâ ætate suos Auditores vocabant,) impetratâ, cœnobia struxissent, nunc promotoribus suis inflexo scopo recalcitrâtes: nec Præpositus Thomanus tacuit, sed hortulano cuidâ Finckovillano Creutzerum pro excommunicato habenti respondit, nihil se contra

Ponti-



Pontificis bullam loqui, sed contra mendacia in eâ contenta, fieri facile posse, ut bulla mille florenis à Magistratu empta, à Suevo aliquo Parocho Romanam eunte decem florenorum impendio vana diffluat; addidit Decanus Capituli Thomani, si absque nobis Clericis esset, quis Laicorum, præsertim sutorum, sartorum, Tonsorum uxoribus, vestes preciosas, & inaurata cingula donaret?

Factiones hinc in civitate obortæ; minus minimo abfuit, quin in seditionem distringerentur cives: Igitur Magistratus convocatis tributim Scabinis de totâ controversiâ informatis atque indicatâ causâ, cur Monachis hætenus favisset præ Parochis, Creutzerum, decreto confecto domumque misso, è civitate relegat, jubetque exesse.

Wir lassen vch Herz Johann Creüter von Gebwylser wissen / als ihr etlich Zweyung vnd irzung in vnser Statt vnder der mannige vnderstande haben zu machen / Darumb wir vch zu vwer Huf ver-
künden lassen haben / vch von vnser Statt zu thun / vnd die zu miden /
do verkünden wir vch mit diesem brieffe / daß vnser meinung ist / daß
ihr nit mer in vnser Statt kommen solentet / weder nun noch hernach /
dan wir vch nit me in vnser Statt wissen noch haben wollenent. Geben
vnder vnser Statt Insigel zu ruck haruff getricket &c.

Dixisset ita finem paroxysmo fuisse impositum, ac incendium extinctum. Falleris. recruduit malum, quam ante, acerbius. Creutzerus Romam ipse abit, suadaque sua & artibus Pontificem & Cardinales ita infatuat, ut novâ adornatâ commissione per Episcopum Basiliensem Arnoldum inquisitio accuratio renovata fuerit. Ideò Magistratus legatione contrariâ per Reipub. tunc Advocatum & Consiliarium M. Iacobum Barbitonsoren dictum Dierehoffer, è familiâ mihi agnatâ, unâ cum associato Monacho Franciscano Patre Henrico Wägern curiam Romanam denuò appellavit, & auxilio purpurati Iohannis S. Sixti, nigri caballi donario conciliati, obtinuit, ut sub & obreptitie, emendicata Creutzeri commissio in cassum, & bulla superior in validitatem & executionem iret. Nondum finis! nihilo sedatior Creutzerus novum processum contra Monachos in curiâ Romanâ evincit, pari tamen arte elusum à Nobilissimo Burckardo à Müllenheim, Equite ad Calixtum Papam à Senatu ablegato.

Donec

Donec tandem cum DEO & die, dramate consummato, exarmatis omni præsidio plebanis, obedientiam invincibilis necessitas imperavit: Monachos mansit victoria, sed quasi cruenta: Magistratus auctoritatem tenuit, sed quasi precariam; curia Romanæ fervor morâ certaminis delassatus refrixit: mors denique ultimum comœdiæ actum, quem in omnibus actionum humanarum periodis expectare, nullisque anticipare præjudiciis prudentiâ semper suasit, hoc obsignavit Epiphonemate:

— tantum potuit caligo dedisse malorum.

Caligabat enim conscientia sui sibi recti persuasissima, eâ præsertim tempestate, quâ nox barbarica omnibus luminibus offecit, omnia confudit ac tenebris obvolvitur. Nemo facile ex omnium illorum numero, qui hanc fabulam egerunt, tam rabiosè frontem perfricuit, quin se conscientia duci, urgeri, cogi, non duntaxat simularet, sed & revera duceretur, urgeretur, cogeretur: at ô grande ac infandum & non rarò impervincibile malum! *erronea*, *repeto*, *erronea*, vanaq; persuasione infectâ. Quis enim Pontificem, ducem licet cæcorum, auderet accusare deliquij; quis ductos à tanto lumine & numine viâ obliquatâ? & tamen omnes, liceat enim quod semper licuit, de retrò actis liberiori & excolatori iudicio arbitrari, spissè cæcutierunt. Ollas sine dubio lippijit seditiosum caput & grave Magistratui *Creutzerus*, cuius in aprico fuit pertinacia, monitoribus aspera; polypragmosyne speciè sanctitatis suspectâ fecit, lingua gladius fuit in manu furiosi; pœna quam luit justa. Sed obfirmavit ejus mentem omnium seculorum pestis, & regni papæi prora & puppis! *Praxis currens*, consuetudo adulta, hyperbasilicæ potestatis persuasio, ut pro maleficio officium fecisse sibi fuerit visus; fuerit ille licet in foro curiæ Romanæ externo secundum acta & probata legitime damnatus; per omnia tamen ac in singulis rerû momentis non exerrasse ejus adversarios, in singulis categoriarum punctis nihil dedisse affectibus, procul omni iniquitate omnia gessisse, quo minus dejerare velim, obstat magnû *Wimpfelingij* nomen, qui dexterrimi iudicij parrhesiastes, (rara illius ætatis avis!) scripsit post tragœdiâ hactenus comemoratam, eotempore, quo cômoriante invidia & affectuum ferociâ sedatâ, sua cuiq; aut laus cõstat aut vituperatio

F

Sic



Sic autem ille in Catalogo Episcoporum Argentinensium fol. 110. Fuit sub Roberto plebanus quidam Argentinensis, Iohannes Crützer Theologiae Professor, vita & doctrina probatissimus, qui propter jura parochiae & quia manifestissima vitia constantissime reprehendebat, à quibusdam privilegiatis & à nonnullis civibus, qui fratribus illis adhaeserant, magnas injurias perpeffus est; sed Deus persecutores suos manifestè & ad oculum punivit. Unus in Rheno suffocatus est; alter in patibulo suspensus, quidam in lupanari repente occubuit, alius in hospitali enutritus.

Plebanorum reliquorum mentes corruperat avaritia, infatigabilibus foeta cupidinibus, eoque infamata, ut ejus ingluvies publico monumento in albâ turri designato, ansam dederit in fronte statim urbis, ut appareret, quis lateret hoc seu Cacus seu Polyphemus in antro? Parum illis fuit dominari in corpus Christi personale sacramento dispensatum, nisi & in corpus ejusdem mysticum insolentissime jus sibi arrogarent. Nec multò oculatiores aut sinceriores fuere Monachi, jam olim ignavum pecus, eque technis Chrysaleuticis faginatum, amulationis affectu dementatum; ut pro genio sui status theses aliis tanquam regulas praescriberet, duceret religione cives, Reipub. principes quo vellet, immo iisdem inequitaret, scandaliremotionem in praetextu, amulationem in abdito ferret.

Sed & lux ipse caecorum Papa Judex alienos oculos coloremque commissarij secutus, immaniter caecutijt, imperatoriè praedamnans nondum satis auditos, nedum in foro conscientiae ita convictos, ut vim praeccepti Dominici, de clarissime ad *αυτοκατάχειρι* usque & oris epistomium convincendo fratre, verbo *ελεος* expresso exhauriret. Nec semel clave errante fulmina sua sacra ejaculatus est Tarpejus ille Deaster: debuit jam olim diplomatum suis subscribere, non quod solet, datum Romae, sed venditum. Si portionem Canonicam, semen tot sacrilegorum foenorum, è jure canonico expunxisset, si praxin currentem retardasset, si regulas à se & pro se factas ad veritatis trutinam examinasset, nec imperrasset conscientijs sed illuminasset caecas dubiasve, egisset pro decore sedis Apostolicae. At ille fulminare maluit quam illuminare.

Miseranda denique & deploranda fors fuit totius civitatis superstitionibus quasi temulentae & soporatae, ad quam si gentium

tium



tiam Doctor Apostolus S. Paulus appulisset, eodem spiritu ex-
canduisset, quo Athenis videns totā urbem idololatriæ deditam.
Laborabat heu! Magistratus ignorantia sui juris circuitorij &
exusia hyperepiscopica; ac licet ἠρωϊκόντι interdum promicue-
rit in animis generosioribus, ut etiam in catalogo testium veri-
tatis locum invenirent: tamen statim oppressi spiritus sub sancto
phalarismo nil nisi anhelarunt, memores quid acciderit juste ac
feliciter præliantibus cum Episcopo suo Guilhelmo II, ubi (ita
Wimpfelingus fol. 104.) *civitas ob injectas in præfulem manus, censuras
Apostolicas & bannum Imperialem, repressaliasq; ferre nolens & nequiens,
sed absolutionis egens & expetens, tum ipsi sacrosancto Concilio Constan-
tienti, tum Sigismundo Christianissimo Romanorum Regi, quod Imperij
principem cepisset, grandem aureorum nummum summam præstare coge-
batur.* Potuisset Senatus jure suo cælitus concessio uti, Clerum re-
digere in ordinem, facinora mali exempli castigare, crabrones è
sacro emporio excitatos auctoritate architectonica compescere,
exauctorare contumaces, constitutiones sacratissimorum Impe-
ratorum *Caroli & Ludovici* renovare, quibus cautum, *ne deinceps
ullus in Ecclesia mortuum sepeliat*, atque hæc omnia facere, incon-
sulto licet, invito ac frendente Apollyone Romano: sed præva-
luit simplicitatis & sanctæ obedientiæ sedi Apostolicæ devotæ
larva & S. fulminis terror. Unde vix hiscere in hæc controversiâ
ausus fuisset, si absque bullis Pontificis fuisset. Tantum, ut adhuc
semel dicam

— potuit caligo dedisse malorum:

tantum valuit conscientia erronea, fecundissima mater cæcæ
pietatis, cæcæ charitatis, cæci Zeli, cæcæ patientiæ, cæcæ man-
suetudinis, cæcæ in bonitate conscientiæ gloriationis, cæcæ ca-
tegoriæ, cæcarum precum; quam in passionis dramate Dominus
vocavit *potestatem tenebrarum*, eam Apostolus S. Paulus efficaciam
errorum, neglectæ veritatis justissimam pœnam: que Jadam Isca-
rioten produxit redivivum in Clero Argentiniensi, mercatu fu-
nerum, Christum verò venditum in membris suis post obitum
cum fœnore funerandis: neque enim omnes, qui tunc necessita-
ti parere coacti, fuerunt contagio superstitionum afflati, in erga-
stulis Babylonicis immortui, à communione corporis Christi
excisi solutique discesserunt.

F I N I S.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



00 A 6458

ULB Halle 3
002 929 252




Sb.

R

W A





Q. D. B. V.

IDEAE CLAVIS
LIGANTIS
SECT. I.

Quam
DEO BENE JUVANTE.
PRÆSIDE
VIRO

PLURIMUM REVERENDO,
AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO,

DOMINO

JOHANNÉ CONRADO
DANNHAWERO, SS. THEOL. D.

& Profefs. in Illustr. Universit. Argentoratens. celebratiffimo,
Conventus Eccles. Præside, Capit. Thom. Decano, &
Academ. h. t. Rectore Magnifico, Domino, Patrono
& Præceptore suo venerando.

In Academica consilio

SOLENNITER

tuebitur

23. Jun. horis locoque consuetis

M. PHILIPPUS JACOBUS SPENERUS,
Rupisvilla Rocspoletanus.

✠ (o) ✠

ARGENTORATI,

Apud JOSIAM STADEL ACADEMIÆ TYPOGRAPHUM.

Anno M. DC. LIX.

